



M786

BOSTON MEDICAL LIBRARY
in the Francis A. Countway
Library of Medicine ~ *Boston*

Digitized by the Internet Archive
in 2011 with funding from
Open Knowledge Commons and Harvard Medical School

<http://www.archive.org/details/desecretisnature00illul>

35956 shirt
412/44 Hx

SACRIDO
ctoris Raymundi Lulii de secretis
nature sive de quinta essentia
Libellus.



De secretis nature libellus.

In cipit liber prime distinctionis secretorum
naturę seu quinque essentię sacri doctoris magistri Raymundi Lulij
de insula maioricarū, qui doctrinā eius extractionis & ap-
plicationis ad corpora humana ad opera terribilia
cotius artis medicinę procuranda, & etiam
metallorū trāsmutationē reserat, qui
est imago oīm librōrum super
hīs tractantium.



ONTRISTATUS ERAT Raymundo
dus & non modica desolatione repletus,
quoniā tanto tēpore laborauerat, vt sua
per terrarū orbē dispergeretur scientia, &
inde modicū effectū consecutus fuerat, &
etīa videns q̄ ab hisa quibushonorari de-
bebat deridebatur & deducebāt ipsum in
ridiculū & sibilū. Et quia etīa videbat q̄
Ro. eccl. de sua cura & sententīs & po-
stulationibus minime curauerat, taliter q̄
finis propter quē erant exhibita, minime
sequebatur, & ideo ingressus desertū mo-
sus est & voce alta acclamare cœpit. De-

beo ne ferre labores & angustias & tribulaciones propter artē & scientiā
quā ipse exhibuit eo quia reputabāt tanq̄ stultus & fantasticus, & sic la-
mentabatur, & v lulatu magno nauseabat anima eius. Egressus igit̄ quidā
frater oratorijs sancti Benedicti, deambulansq; per desertū & orans, cum
audiret vocē timuit, & arbitrabāt ferā esse, & silere incepit, stetitq; ere-
ctus & intuens respexit & didicit, q̄ vox hominis erat, & arbitrabatur
ipsum esse vñi ex fratribus suis. Qui cū descēderet, vidēs q̄ habitus Ray-
mundi non erat talis sicut suus, vidensq; sibi barbā prolixā obstupuit, eo
q̄ nunq̄ viderat talem hominē in parte illa & dixit ei. Amice quid facis
hic, & cur ploras? Rogo te si placet, dic a mihi. Respondit ei Raymundo.
Amice dimitte me in desolatiōne mea, quoniā tu nequaq; mihi super
hoc remediu exhibere potes. Contristabor itaq; & lamentarī non desinā
donec in desolatione mea moriar. Respondit ei Monachus. Deus & dñs
noster Iesus Christus, in quo est perfecta cōsolatio te non deseret, sed cir-
cundabit te gaudio & lētitia, nec non rebus his, super quibus lamentaris
ipse qui dedit eis initii, dabit eis finē scdm q̄ tuū cor gliscit. Respondit
Raymundus. Bene noui Christū potestatē habere super oīm creaturā, vt
per ipsum omnis creatura de tribulacione ad gaudiū reuertat. Tamen q̄
creaturę aliquando sunt indispositę vt habituentur de tali gratia, non

De secretis nature

vult eis deus talē gratiā facere, hoc qdē non ex parte dei, sed ex parte cre-
aturę causatur. Respōdit ei monachus. Omnia sunt deo possibilia, vnde
quis tu sis indispositus, potest teab ista tribulatione liberare. Respōdit
ei Raymundus. luxta dispositionē materię agit forma. Item potestas dei
& sua iustitia cōuertunt, vnde dico q̄ in potestate ita est essentiale iusti-
ficare, sicut essentiale posse. Non igitur potest deus aliquid, quin possit cū
iustitia, alias esset destruncta vnitatis essentialis potestatis & iustitiae, ex q̄
quidē multa horribilia incōuenientia sequi possent, vnde dico, sicut deo
us creauit hominē sub ratione bonitatis, ut ratione bonitatis operaret
bonū, ita creauit ipsum sub ratione liberī arbitrii, sub ratione cuius volu-
it, q̄ operaret libere, & ageret bene & libere. Alias em̄ si libere non ope-
raretur, esset destrunctus in homine actus liberī arbitrii, & operando bonum
non haberet meritū, quia ex defectu liberī arbitrii esset in priuatione. &
sic deus esset contra iustitiam, quod est impossibile. Ideo dico, q̄ me indi-
sposito, vel quauis alia creatura deus non potest voluntatē eius adimple
re, Istud namq̄ non posse non ex parte dei principaliter insurgit, sed ex
parte ineptitudinis creature, quę indisposita est, & insufficiens ad tales
actū, vel gratiā recipere. Videns itaq; monachus Raymundū sic loqui, in
tellexit ipsum habituatu magna scientia cui dixit. Amice. In verbis tu
is cognoui te habituatu magna scientia, rogo te vt reseres mihi quis es,
& quod est nomen tuū, & nomen patrię tuę. Raymundus autem recusat, sed
tantū fuit per verba monachi cōmotus, q̄ referauit sibi nomen suum,
nomenq; sue patris. Multo igit̄ gaudio affectus est monachus eo q̄ Ray-
mundū viderat, quę tanto tempore videre affectabat. Et ait ei monachus
Iam diu est, quo ego audiui te magna sciētia esse peritū & arte, & etiā tu
am artem multū proficere, maxime ad infidelium conuersiōnē, & etiā ad
noititiam plurimorum secerorū nature, quę via medicinali, ac philosophia
attungi possunt. Rogo te igit̄ Christi amore vt nobiscū magnā ser-
cordiā facias, vt ex tua arte, siue sciētia habeamus fructū, & vt facias no-
bis secretissimū compendiu de infirmitatū remedij, quoniam noueris nos
hic diuersimode fore grauatos diuersisq; generibus infirmitatū torqueris.
Insuper si placet tibi vt per te reueleas si ars alchimie sit vera, an non, vt
homines non cadant de honore suo ad paupertatē & ultimā desperatio-
nem. Nam finis artis tue hec est, vt si extirperis sectę & errores, ac etiā fal-
sitates. Ait itaq; Raymundus. Viginti septē anni sunt, quibus non cesso
laborare, & lecturas maneriei diuersimode cōponere, sed tam modicos chri-
sti famulos comperio, q̄ iam naufragat anima mea super tanto labore sine
utilitate. Ait monachus. Video affectū animę tuę, qm̄ vis vt tua ars per
mundū diuulgetur, & omnes famuli Christi instruantur, qui postea discur-
rentes per ydiomata linguarū fidē Christi per mundū diuulgant. Sed si tu
hoc, quod a te postulo, opere cōpleueris, ne dubites, q̄ scientia tua conse-
quetur finē propter quę est. Nam & istud oratoriū erit forsitan initiū illi-

Libellus.

us quod optas. Videntis igit̄ Raymundus gesta monachū dicta ipsius imaginatus fuit, & postea intelligens bonū esse quod monachus postulauerat opere cōplere ait ei. Valde queuit anima mea super his quē mihi locutus es. Librū quē dicas tibi cōponā, iuxta cuius doctrinā non solū corpora humana miraculose sanabuntur, sed etiā ipsa metalla imperfecta in purū aurum & argentū conuertent. Queuit tunc monachus ex eo quod Raymundus intercessiones suas opere ad implere volebat. Et descendenterunt in monasteriū ibi q̄ morā traxit per aliqua tempora, & diuersa libroriū volumina cōposuit, quē verē Christi custodię cōmendauit, ac cuilibet volu mini propriū titulū imponēdo. Et qm̄ liber iste in metallorū transmutatione, & in medicinali arterem secretiorē pandebat, ideo ipsum librū secretorū naturę seu quintę essentię cognominauit, quia de quinq̄ essentiis rerum ad plenū in eo tractat. Qui nota sic intitulat, quā accipit vna ab altera, & ipsa mouet ab informatione, quē administrat ei diuersimode, q̄a vna informatione indiget dicta virtus in metallorū generatiōe, & eorū transmutatione & in elyxi. Quē quidem informatio accipitur per gubernationem caloris.

 Eus gloriose cū tuę sublimis bonitatis ac infinitę potestatis virtute incipit liber secretorū, naturę, seu quintę essentię, qui doctrinam dat eius extractionis & applicationis ad corpora humana ad opera terribilia totius artis medicinę procurans, & via philosophica finienda, qua occultata, & verē medicinę occultat, & etiā metallorū transmutatio obstruit & reserata quęlibet eorū reserat, q̄ quidē est imago oīm libroruī super his tractantii, quā deus gloriosus exhibuit nobis, vt corpus nostrū a corruptibiliate quantū foret possibile per naturā vñq̄ ad terminū nobis cōstitutū a deo, & vt etiā ipsa metalla imperfecta in perfectū aurū & argentū transmutent. Et qm̄ desideriū meū est vt arti st̄ huius artis deū cōtemplantes per bona opera potius deū intelligent, re colant, & ament, pauperibus, viduis, orphanis male habētibus sine precio magno vel minori succurrendo, & huiusmodi opera faciēdo, vt non sumus similes illi, qui dñi talentū ascondit, & ad finē sibi cōmissum non exhibuit, vt ait Mat. 26. caplo. Confidens em̄ in illo, q̄ inquit ad Moysen Ero in ore tuo, & te doceā quid loquaris, hoc secretissimi secretorū archonorū archanū vobis viris euangelicis duximus declarandū diuina virtute inspirante, & ipsius infinita bonitate iuuante, modicā de ipsiis princi pijs & regulis, ac de ipsius naturę discursu faciens mentionē. Cum em̄ de oībus istis satis plene tractauimus in placenti visione. solū em̄ principaliiter non curamus nisi de eius placita & cognitionis applicationis cōmodo, cuiusratione presentis libri exordiū incipimus ad ipsum summe metuendū, diligendum, recolendū & amandum.

¶ At liber iste diuidit in quattuor partes, in tres videlicet distinctiones vel libros,

¶ In prima vero parte ponimus intentionē & cognitionem

De secretis nature

eius, et extractionē eius a q̄buscunq; rebus elementatis. ¶ In secunda pte ponimus modū praticandi & applicandi eam ad corpora humana. ¶ In tertia vero parte damus modū praticandi cum ipsa in metallorū corporib; s.i. in eorum transmutationem in aurum & argentum.

¶ Item in prima distinctione duo facimus. Primo recitamus possibilitatem quintę essentię in genere. Secundo vero facimus quod prius dictum est. Prima ibi (Ordimur nāq; tibi fili.) Sedā ibi. Non reputes nos menda cū pertulisse. &c. Et quia sacra scriptura est vnū de membris theologicis ideo i prīmis duab⁹ distinctionib⁹ ipsam ponemus, & i distinctionē tertia verba philosophica adiungemus. Ordimur nāq; tibi fili, q̄ necessē est tibi scire & intelligere proxima philosophorū principia a quibus petita ratio accipit radicalitatē immediate, & ex q̄bus immediate, artista sua propria cōdiat instrumēta, & iam sic fit, q̄ per huius libri processum aliqua liter consistet declarati. Tn̄ in hoc capitulo in summa vna breui enucleare proponimus & dicimus q̄ principaliter triasunt principia, cū quoru cognitione artista huius artis operat hoc qd̄ vult tam in medicina q̄ in alchimica metallica & lapidifica ad cōponendū hoc qd̄ vult, siue hoc qd̄ natura elongetur. ¶ Primū namq; principiū est materia, quā artistā hui⁹ operis oportet cognoscere, per qd̄ quidē medicinā vel lapis accipit substantiale esse, qā si materia est talis sicut postulat natura, erit formē accepsibilis, q̄ per impressionis defectū elongari nūmīne potest, qñ quippe virtus ibi operatur, quod est mediū principale inter dictā materiā & alteras essentias, sicut tibi p̄ processum huius libri dicemus. Scēm vero principiū est simplex valde respectu primi, cū sit primi mediū, per qd̄ quidē primū immediate habet perfectionari. Tertiū vero principiū est essentię quintę, a quibus virtutes septē dependēt, operatiue, informatiue in qnq; essentias in inferioribus materialibus, q̄ sunt mediātē. Primū nāq; principiū seu materia primi principiū sunt argenteū viū cū oībus metallis suis alterabilibus in illa albatione quā in distinctione tertia reuelabitur. Item principiū secundū, vel filius materiē sunt limphæ subtile, in quibus resoluunt limositates primi principiū in substantia mediocri & subtili materia, in qua vere minerales virtutes gescūt. Quippe materia tertij principiū est nūmī essentialis existentibus virtutibus stellarū fixarū & nō fixarū & earū aspectus est iste per quotidianas influētias infundunt̄ in materia appropriata cū arte secundi principiū, q̄ est immediate quiescit in virtute minerali tam in herbis & animalibus q̄ in metallis. Causat igit̄ secundū principiū, & est cōueniens receptibile, tertij, & oīm suarū virtutū descendētis a coelo, q̄ sunt oīs rei generat̄ perfectio & forma sicut hī quidā videt̄ per inherētia principia. Quod vero generat materialiter a primo, vnde exīt virtus mineralis, q̄ est essentia quinta elemētalis/ q̄ est materia simplex / & hec vere perfectionat̄ in accipiendo formā per es- seniam quintā coelestē, q̄b; in ipsa influat & imprimat, Igit̄ hec virtus

Libellus.

media grauida a virtute acuta artificialiter per materialē refuentiā pse
ctionalē cū suis virtutib⁹ primi principij materiā ponit in esse pfectio
per virtutē mediā mineralē, quæ est cōmuniſ res lapidibus, & medicinis, et
metallis, ſicur plene tradiſtū in noſtro teſtamēto modo generali in
parte prima in capitulo qđ incipit. Nunc fili mi obiectare poteris. &c.

¶ Referimus namq; tibi o fili mi, q; cū mineralis virtus sit cōmuniſ la-
pidibus, metallis & plantis. Ois em̄ differentia q; accipit vna ab altera,
ipsa mouet ab informatione, que administraſ ei diuersimode, q; vna in
formatione indiget dicta virtus in metallorū creatione, aut in generati-
one & eorū transmutatione in elyxir, quæ qđē transmutatio, & informa-
tio accipit per gubernationē caloris extrinſeci, q; mouet mineralē virtus
tem informatiū, quærendo motū ſedcm cognitā intentionē opera in natu-
ralis, ſicut declarauim⁹ in teſtamēto, & inferius declarabit in iij. diſtincto.

¶ Præterea ſumus de intentione ut breuiter tradiſtū ſuper teſtm̄ & co-
diciſtū, q; regſiti fuimus per dñm Regē Robertū illuſtri. Itē reliqua vero
intentionis formationis qua dicta virtus mineralis indiget ad intentionē
transmutandi metalloī materiā in lapides p̄ciosos fit cū magis lento ca-
lore extrinſeco, & cū motu tardiori, qui format rā p̄ calorē obreſtē q; per
cōmuniſ cōiunctę & diuerſę, ſicut declaratū in noſtro lapidario extitit.

¶ Item reliqua vero formatio, qua dicta virtus indiget ad compositio-
nem medicine, fit cum maiori calore, & cum repentinō motu.

¶ Itē fili mi ignorare non habes virtutē, que cauſat, quare cauſat per di-
ſtorū triū principiorū cōiunctionē, & eorū derivationē, cuius vero cog-
nitio habeſt per effectū principalē, q; venit a quantitate, & a qualitate di-
ſtinctiē, & etiā a motu coeli & stellarū, & reū generabilis & corruptibilis
motarū, & per eā informationarū. Non vero dicimus q; lit opus artistę ope-
rari cū figuris & coeli imaginib⁹ per cognitionē luorū motū, ſicut q;
plures philoſophi aſſerunt. Sed ſufficiet tibi habere cognitionē per influ-
entiā caloris cœleſtis informati per figurā coeli & stellarū, quonū rōe in-
fundunt virtutes in materia apte appropriata, & illā recipit per naturale
artistę induſtria cū resolutione, que fit partē nature ſimiliter. Que vero
mutat durā materiā ad principiū nature ſui ad finē, q; fit apta ad genera-
tionē ad recipiendū virtutes in aquis infuſas fortissimis mineraliū virtutis, ſi
cuius ipsam & accipit & recipit virtutē informatiū embriōis. Et in iſto
paſſu philoſophi fuerūt illuſi ad illorū repreheſionē, q; cognouerūt quod
cœleſtis virtus ſit nimis cōmuniſ omni elemeſtate nature ſua magna nobis
litate omni tpe determinationē accipit, quod in rebus mixtis influſe tantū
per artē ſicut p̄ naturā, & hoc q; p̄pere fit rōe virtutū naturaliū, que ſunt ſibi
ſubiectū & propriū retinaculū tali modo, q; ſedcm p̄prietates materiē,
& eius ſpeciem proprie recipiet equinam virtutē, q; poſt talia cōdit per
natūram, que pro miraculo reputantur.

¶ Itē noteſt glibet artistę, q; natura operari non poſteſt niſi ad minimarū

De secretis nature

Successione, nec etiā potest recipere aliquas virtutes nisi successione suę operatōnī, nec etiā possunt simul, nec cōstellatiōes possunt sufferre alicuius tēpali stationē punctuarij in tercia virtute, quę cōfessim non diuersificetur, etiā dato q̄ posset. Tempusqđ cōstellatiōis est ita minivū ratione circulorū revolutionis, q̄ ante transit de vna virtute in alterā. Cur q̄ppe non sine cognitione suorū motuū in qualitate & q̄ntitate: immo p̄ partē succurrimus ad accipiendo & venandū virtutes iam dictas coelestes: cum sint cōmunes oībus rebus inferiorib⁹: & illas quoq̄ includimus in aquis grauidis ex virtutib⁹ mineralib⁹ ad hunc finē: q̄ in tpe modico possimus exhibere multas virtutes & infigere in hoc q̄ elyxir: vel medicina humana: vel lapis preciosus venit ad terminū: & cū dicta virtus cōmuniſ quę in antea fuit atq̄ deuenit de cōelo per cursum naturę in materia prima: admisit de sua p̄pria virtute in multiplicatione luminaris terrestris uaporabilit̄ sublimati cū ingenio artificiali: cū igne & diminutiōe ipsa p̄ virtutē post institūtū naturali attractiō virtuali recipiet reliquas potentias terribiles: q̄bus impleſ causa inuacua: & ingrediunt̄ p̄ influentiā penetratiū subtile in alijs potētis in spirituali materia subtiliata in simplicitate per ingenium naturę: & artis restauratiōe.

¶ Ille intellige: q̄ ista attractiō virtutē simpliciū sic simul virtutib⁹ materialib⁹: q̄a ex eo operamur in locis materialib⁹ nullo possunt tpe attractare nisi cōcordātes materias: & similes in materiali natura. Sed in tm̄ iniquā opamur: & simplici in descensiū cū impressione: & virtutis influentia in dictis materijs: descendendo iā sic q̄ non sit in tm̄ diuisa: & hoc p̄ magnā & potente subtilitate realiū entiū coeli & planetarū. Per quā vero accipiāt generalē virtutē & cōmunitatē in natura inferiori visquequaq̄ influent & in determinata materia. Tunc vero accipiūt certā determinatiōne p̄ causam cōsiderationis: quę accipi p̄ materialia: quę retinēt illas sicut spiritus aīc. Et tū sequēdo virtutē sui generis scđm meriti materiae: in qua influunt. Et p̄p̄ hoc Basiliscus interficit: & fulgur numos liquefacit sine burse lesione: totū aut̄ hoc non est: nisi q̄ntę essentię cōgregatę & receperit in vnu iā natę in simplici materia elemētorū: scđm q̄ materia unius elemētorū dñat super alterū: scđm q̄ coadunat p̄ virtutes iā dictas operatiuas cū essentijs q̄ntis elemētorū in certa & propria determinatiōe potestatis: ut patet in basilisco & fulgure q̄bus virtus est altioris elemēti simplicissimi in materia simplici: in q̄bus dictę sextę virtutes infundunt: & ideo interficiunt subito etiā medicinę cōpositę in subtili & p̄portionata materia dictis virtutib⁹ in instati vel q̄si mucant cora humana: vel metallica: & hoc rōe supradicta p̄ba: sed super basilisci naturā multi philosophorū cōsiderauerūt in metallis operari cū materię subtiliatione: & penetratione: & retentione: & inspissatione dictę essentię quintę intus in materia metalli: ut ex ipsa fiat elyxir: quę vera fuit in hoc. &c.

¶ Verū tam: filii mi triplicē cōsiderationē in principio scđi habemus,

Libellus.

¶ Primo in medicina humana. ¶ Secundo in metallorum transmutatione.
¶ Tertio in lapidibus preciosis. ¶ In primo enim non consideramus nisi aquas aeras, in duobus vero ultimis aeras & terreas. ¶ Consideramus tamen speci fico modo, ut patet per eorum libros scilicet lapidarium & testamentum & codicillum, ut infra videbitur in tertia distinctione, quae vniuersi sunt naturae, quae in terra mittuntur, & alterius quam ad aerem ponuntur. Quae vero in terra mittuntur, habent virtutem fixatiuam & coagulatiuam. Et aquae aere habent potestatem indu rari & coagulari, ita in elyxi sicut in lapides preciosos, sed etiam per propria ona materia vel ad elyxum vel ad lapides iam dictos, & quo ad indurandum, fixandum, vel coagulandum, indigent fortiter virtute minerali sine aliquo ignitio multiplicata per celestes virtutes, quae habent virtutem constrictiuam, & imitanter proprietatem materie & loci, ideo ponuntur & inhumantur in loco terrestri, quae nullius alterius elementi locus ita competit, per experientiam enim videmus, quod radij corporum coelestium non ita uniformiter congregantur sicut sit in terra. Tanta est igitur virtus radiorum corporum coelestium, quod influunt in terram, quod per vim ipsam rerum terribilium est, productiva, quod narrari non potest, propter hoc quod est receptivum, constrictivum, firmativum, generale omnia illorum uniformiter in figuris, & formis diversis subtilibus cum informatio ad iutorio, quod sol eius est virtute sue circulationis & sui motus, quod est principale informativum immediate totius naturae inferioris, quae in partes tres dividit principales, scilicet animalem, vegetabilem, & mineralem sicut declarauimus in pluribus libris, & potissimum in libro de intentione alchimistarum & codicillo. ¶ Et propter hoc cum terra sit locus, in quo radii omnes stellarum influunt virtutes proprias, & in quo cogantur, per quos influunt in ipsa proprias virtutes operatiuas, & vivificatiuas, sicut suarum sperarum centrum & retinaculum principale suarum virtutum in curia scita cum omnibus suis partibus, & iam pars illa, quae mortua est ad vitam reuertitur per partes coniunctivas cum colesti virtute & eius spiritu. Et quidem plus etiam dicimus, quod quoque nostrae in terram ponuntur, sicut tibi dicimus, ipsae trahunt suis propriis virtutibus vires terre, quas vero accepit a celo cum sua virtute propria plus de duobus auctoribus, sicut ferrum trahit padamantem, & hic retinetur, quia proprietas coelastis est virtutis, quod quanto descendit in terrestri elemento tanto crescit per terram per spiritum incrementi, & per spiritum per condensationem usque inuenitur primus in retinendo cum spissatione, cum hoc certum sit quod nullum terestre corpus existens in sua solidatione proprie non est aptum ad recipiendum virtutem, nec illam retinere, sicut refert donec quod in medio essentiali, quod est spiritus, quod est subiectum animae & a corpe primo acciperet taliter quod dissoluitur. ¶ Postea trahatur spiritus eius a ventre eius, quem ita postulat ratio nature, et propter hoc tamen quod nos per artificium simile naturae materia propria & altissimum spiritu, in quibus virtutibus habet retinaculum corys in spiritu per resolutionem trahuntur & apprehenduntur cum nostro spiritu, quod intus est in vitio, & in humano in terra cum suo proprio appetitu cum condensatione, & cum tali spiritu

De secretis nature

tuus congelatus argentum viuum vulgi in probatum argentum tam bonum, sicut de minera sine attendendo ignis calorem, qui dicitur communis, sicut declarauimus in libro, qui dicitur experimentorum qui liber est principalis, & clavis omnium librorum, quos usq[ue] ad istum com posuimus in hac arte. ¶ Intellige igitur fili mi, quid potest ipse facere cum sua constrictione in alijs materijs, cum sine igne nobilificat argen tum viuum, quod est communis & rudis substantie per transversum eius per medium ratione medijs naturalis. Et cum hoc sufficit tibi modus generalis, aquarum tam vegetabilium quam mineralium ad medicinam humanam & lapidem philosophorum, & lapides preciosos, & hec est regula generalis.

¶ Dicte de intentione & consideratione quinte essentie rem, nunc dicendum est de eius extractione. Et primo a quinta essentia vini incipiamus, cū ipsa sit virtus, p[er] quā oīshuius libri adimplēt operatio. Hoc est, in quo oīs laborauerūt ingrentes rem creatā aptā ad finē, q[uo]d principaliter possit humanū corpus a corruptibilitate & a putrefactione seruare & diminutio ne, q[uia] hoc est q[uo]d oīs naturaliter affectant nunq[ue] mori. ¶ Secundario vt magisterij transmutationis metallorū & lapidiū sit scđm rei veritatē reuelatū, cū in quinta essentia vini cōsistat totū. Nam & ait Paulus de hoīe dicens in epistola ad Chorynthios. Nam & qd sumus in tabernaculis nostris nisi iugū miseriarii. Sex infirmitatibus, eo q[uo]d volumus expoliari, & esse cū Christo. Hec Paulus. Qm pauci philosophi puenerūt ad notitiam rei talis & eiusdem, & ratio huius est, q[uia] medici & philosophi, nostri tpiis nihil faciūt nisi pecunia desiderio, & ad finē honoris, quare deus nequaq[ue] vult hoc sibi cōferre, cū sibi sint contraria q[uia] avaritia & largitatem. Sed inq[ue] no sti philosophus & veridicus Paulus ad Hebreos caplo q[ua]rto in fine. Cōstitutū est hoīem semel mori, sequitur q[uia] fantasticiū est querere rē ad corporis hoīis perpetuationē, maxie q[uia] Genesis caplo sedō, inq[ue] deus. Ne forte adā mittat manū suā & comedat de ligni vite fructu, & vivat in eternū, emisit igit[ur] deus ipsum de paradiſo. &c. Et subdit. Et collocauit deus cherubim flāmē gladiū atq[ue] versatilē habēs in custodiā ligni vite. Eſſet igit[ur] fantasticiū affirmare, q[uia] deus daret ei rē vt perpetuaret extra paradiſum ex quo prohibet sibi extitit. Hoc aut̄ fili mi ex sacro texu ineffabilitē teneamus, q[uia] deus vniuersitatem terminū vite prestat, q[uia] nullo ingenio humano p[er]transiri potest, vel quoscūq[ue] eius subsidio Ioh dicēt. Breves dies hoīis sunt & numerus illorū apud te est. Posuisti terminoseius, q[uia] p[er]teriri non poterunt, ergo querere subsidiū ad vite terminū plongandū fantasticiū est & inane. ¶ Restat igit[ur] rem querere, que cetera terminū vite nostre possit corpus nostra a putrefactiōne seruare, et ifirmū curare, & deperditū restaurare donec veniat ultimata mors in termino p[re]fixo ab altissimo creatore deo. Ratio nāq[ue] naturalis nobis demonstrat, q[uia] corpus hoīis potest p[er] rem minus

Libellus.

corruptibile a corruptibilitate cōseruari aut ab infirmitate sanari , quā partē magis corruptibile cū corruptibilitas , & etiā defectus & perfectio contrarient , nam vno simili addito sibi simili , facit magis simile . Nulla igitur res , quę ad non esse habeat inclinationē , cōseruari potest per consimilē rem . Sed querēda namq; est res quę ad se habeat inclinationē , vnde quanto magis res inclinationē habet ad esse , tanto minus habet in se de contrarietate & corruptione , sed nulla talis medicina multis reuelata est , in qua sit tanta perfectio appetitus ad esse , q; quantū miraculose effectū faciat mirabilē in humanis corporibus , quod reputatū quasi ad miraculū Sed nulla medicina de mundo hoc poterit nisi nostrū menstruū vegetabile coeleste animal , dicitur quinta essentia , nam earnes a corruptione cōseruat , elementatū cōfortat , iuuentus pristīna per ipsam restaurat , spiritum viuificat , crudū digerit , raru indurat , induratū rarificat , macrū im pinguat , pingue debilitat , inflāmatū infrigidat , infrigidatū inflamat , humidū desiccat , siccum humectat quoquo modo , vna & eadē res contrarias potest operationes , solus actus vnius rei diuersificat scdm naturā recipientis , sicut calor solis , qui contraria operationes habet , qalutū desiccat , & ceram liquefacit . Actus tñ solis vnu est in se , neq; quantū in se contrariatur . Item filii mi dictum fuit supra , q; sp̄ritus iste in subtili materia eleuatus , appetitum habet ad hanc complexione , vel ad illam , quia per philosophos prima materia esse rerum asseritur . Nanq; sicut forma vniuersalis habet appetitū ad omnem formam , sic quinta essentia ad quā tunc complexione , ex quo euident pater q; quinta rerum essentia illius dicitur esse complexione cui adiungitur , sicut si calidis adiunguntur calida , sit in eodem gradu & fortiori propter subtilem materiam , in qua sua forma , & actus eleuati sunt cum quib⁹ ita operatur , sicut basiliscus & fulgur , de quibus supra diximus . Hanc vero naturam aliqui dixerūt non esse calidam , nec humidam , nec frigidam , nec siccām , ex eo quia de sui natura cum omnibus concordantiam habet , qui vero in hoc errauerunt , contra quos nos formamus hanc rationem . Omne quod est , aut est intellectuale , aut sensuale , sed qnta essentia natura est , ergo . &c . Non est intellectu ale , cum in rebus vegetabilibus non sit intellectuale , nec in mineralibus , est igitur sensuale , sensuale vero omne est compositum ex quatuor elementis , & quia compositum ex quatuor elementis , oportet q; in quolibet elemento elementa sint actu , alias enim elementata non erunt composta , nisi ex accidentibus elementorum , & sic individualia erunt accidentia & non substantia , aut erunt composita , ex alia substantia pr̄terquam elementorum , quod est impossibile . ¶ Pr̄terea esset possibile , q; actus aliquius accidentis inseparabilis esset sine subiecto proprio in aliquo individuali , sicut caliditas ignis : q; in individuali impossibile est existere sine proprio subiecto suo , & hoc est impossibile . Est igit̄ qnta essentia cōposita ex quatuor elementis , & in ipsa sunt actualis oia elementa cū oībus suis actibus ,

De secretis nature

Sed oia in ipsa sunt aggregata in tam subtili materia, & in forma tam subtili, & tam simplicitati propinqua respectu modo, sicut in oculo basilisci, ut per experientiam patet in curatione morborum, & in metallorum transmutacione, & in preciosorum lapidis confectione. ¶ Non autem filii mi intelligant soium de una specifica nos hoc dixisse, sed in generali de quibuscunque quinque essentiis, iuxta suum modum & operationem. Hanc vero naturam philosophi filii mi vocauerunt coelum, quoniam sicut coelum influit in nobis aliquam calorem, aliquam humiditatem, &c. sic quinta essentia in corporibus humanis ad artus placitum. Et quidam naturam istam ad unum contractam dixerunt menstruum, quia menstrui proprietatem retinet, ut in libro tertio dicemus. Scimus namque istam naturam modernis esse occultam, & ipsos paenitius de eius veritate nihil perpendicularere. ¶ Huic vero coelo applicamus stellas suas, que sunt plantae, lapides, & metalla, ut communibus oibus in nobis vitam & salutem. Fili mi hanc naturam princeps medicorum hypocratas scire medicis premisit dicens in prognosticis. Est etiam quoddam coeleste, quod ipsum medicum praeuidere oportet, cuius si tanta sit prudentia, sit admirabilius nimius stupendum, non ne illius est ut fieri rerum periculum omnino prohibeat, aut salutem copetenti administratio tolerabilius faciat, quasi dicat, quod sic. ¶ Certe filii mi verum dixit hypocratas, quod futurum periculum evitari potest a corporibus, ex eo quod oem incorruptibilitatem, ex qua infirmitas puenire potest expelli & humores iniquatos equat. Aut postquam infirmitatem prospicerit, copetenti administriculo ad ministrato tolerabilius facit, quod infirmum liberat deus. ¶ Preterea Fili mi admirabilis est sapientia magistri hanc naturam cognoscens, quod cum hac natura talia opera in medicina condit quod videlicet miracula facere. ¶ Galenus enim veritatem huius narrare noluit, quod ipse dixit aeris dispositionem nos continent, ut videtur in glos. prognostice. His etiam modernis reuelata est hec natura per Ioan. damascenum in libro de simplicibus medicinis in principio dicente. Nulla est causa querenda nisi a coelo, sed a quo coelo assignare noluit. Sed solus tibi filii hoc est per nos reuelatum, ut deum intelligas ames & recolas, & sis memor finis tui, oia ad honorem & laudem dei applicando.

Hec est pars secunda prime distinctionis seu primi libri, quem docet trahere quintam essentiam a plantis, & primo a vino unde incipit canon primus, qui intellectum regulat in hac operatione.

Non reputes nos mendacium dixisse in hoc, quod de quinta essentia premissimus. Quare filii scias; quod nullus modernorum sciuit nec ad eius peruenit notitia; nec vidimus in diebus nostris; quod quis intellectus ligeret de hoc quod scilicet de secreto & magisterio eius. ¶ Igis in nomine domini nostri Iesu Christi. Accipe vimum rubrum vel album; & sit de meliori quod poterit reperiri; vel saltus capias vimum; quod non sit acerosum quo vis modo; neque parum; neque nimium; & distilla aquam ardente, sicut consuetum est per cannas brachiales cris; & postea rectifica illam quater ad maiorem

Libellus

rectificationē. Sed dico tibi q̄ ter sufficit rectificari & bene claudere; vt spiritus cōburens non exalerit, quia in hoc q̄ plures errauerūt vscq; ad septies arbitrātes rectificari. Est aut̄ tibi fili mi signū infallibile, postq; videris, q̄ zuccharū madefactū in illa positū ad flāmā cōburat similiter aqua. Postq; aut̄ sic habueris aquā preparatā, tu habes materiā, de q̄ quin ta essentia trahiſ ad actū, quę est vna principalis, de qua intendim⁹ in libro hoc. Accipe igit̄ illā, & pone in vase quod circulationis appellat vel in pellīcano, quod dicit̄ vase hermetis, quorū forma inferius apparebit, & claude fortissime foramen cū olibano, vel mastice molli, vel viua calce mixta cū ouonū albumine, & ponas in fimo calidissimo persi naturam, aut in vinacia, qbus nullus calor per accidēs attribuit, qd̄ fili facere potes, si in quantitate magna posueris de qlibet istarū rerū ad angulum domus: quę q̄ntitas sit. xxx. onera gerularia. Hoc esse oportet vt calor nō deficiat vasis, q̄ si calor deficeret, corrūpereſ aque circulatione, & qd̄ querimus non fieret, si non calor cōtinuus ei admīnistratus fuerit per cōtinuas circulationes. Nostra, s. essentia separat̄ in colore coeli, quod videre potes per diametralē līnēā, quę partē superiore, s. quīntā essentiā diuidit ab inferiori, s. a fæcibus, quę sunt in colore turbido. Est aut̄ natura ista quasi incorruptibilis & immutabilis, ex eo quia ad tantā glorificationē deueniet. ¶ Nam & ita habet respectu totius corporis mundi, illo modo q̄ per artificiū mutari potest natura.

Canon secundus, in quo continetur scientia, qualiter nostra quinta essentia ab artista cognosci potest.

¶ Facta per multos dies in vase circulatione inferius descrip̄ta, aut in vase hermetis cōtinuatio circulationis aperies foramen, quod cū dicto clausore obstruxisti, & si odor supra m̄frabilis exeat, ita q̄ nulla mundi fragrantia ei cōparari valeat, in tm̄ q̄ vas positū ad angulū domus miraculo inuisibili trahit oēs intrantes, aut vase positō supra turrim trahit oēs aues, qbus oībus odor nares attrigunt, ita q̄ circa se ipsum stare faciat, tunc habebis fili nostrā quintā eiusmodi, quę aliter dicit̄ mercurius vegetabilis ad tuū libitū, vt applices in magisterio metallorū transmutatiōnis. Quod si non inuenieris influxū attractionis reclude vas vt prius et pone in loco prius assignato, & stet ibi donec consequaris signū prēdictum. Hec vero quinta essentia sic glorificata non habebit illū odorem nisi corpus sit dissolutū in ea & illū ardorē in ore tuo sicut aqua ardēs, hec quidē vocat̄ a philosophis clavis totius artis philosophie: & tam cœlum q̄ nostra quinta essentia, quę eius adiutorio venit ad tantā sublimitatē nobili forma sunt impleta, & subtilissimā materiā habent; vt per se solet: & cum stellis terrenis: quas supra diximus, faciat operator huius operis miracula supra terram.

Canon tertius qliter nostra quinta essentia: seu vegetabilis mercurius haberi potest sine magnis expēsīs p̄ his q̄ altissimā paupertatē obseruat̄.

De secretis nature

¶ Concreauit altissimus non solū in aqua ardenti, sed in omni planta, lapide, & metallo quītā essentia q̄ndā durabilē atq; mirabilē, atq; etiā i animalibus, serpentibus, &c. Aperi igit̄ fili intellectū, & intelliges veritatē, q̄a res generabilis & corruptibilis statim destruit̄ postq; vi corruptionis rei & elementorū cōtrarietate exalat. Nam hoc signū a vino ac cipere poteris postq; cōvertit̄ in acetū, q̄a ab ipso aqua ardens distillari neqt; nec p̄ cōsequēs q̄nta essentia, cū q̄nta essentia, cū aqua ardēti & sp̄itu ritu cōbustibili trahit̄, q̄e q̄nta essentia dum est in vino vīnū in sua virtute existit, sin aut̄ conuertit̄ in acetū, & sic de alijs similibus istis, trahas ergo quītā essentia cū aqua ardēti, simul per cannas brachiales, vt supra dixim⁹ ex quoct̄q; vīno, q̄uis turbato & feruido, preterq; ab aeto, cū in aceto non est aqua ardēti, nec per cōsequens, q̄nta essentia. Nam summa cautela est tibi fili talia vīna pro modico precio, q̄e inueniunt̄ habere, & facere ut supra, q̄a quīta essentia, q̄e quasi incorruptibilis est propter mālā vīni cōplexionē non corrumpit̄, modus namq; primus & oīm principalis est, q̄e tibi superius nominauimus. Secundus est verus, q̄ capias ampullā cū collo longo, & ex dicta aqua ardēti imple duas partes & gira collū ampulle claudēdo prius ipsum cū cera, vel dicto clausorio ac deinde sepietas eam totā in loco superius deputato. & stet ibi donec cōsequaris signū prēdictū, q̄uā trahes perforando collū ampulle. Caueras tñ in attractione eiusa vase, qm̄ statim misceā quīta essentia cū fecib⁹ si forte suauiter non eleuata est a loco circulationis per artistā deputatū. ¶ Hęc vase sunt illa, q̄e tibi superius nominauimus, ex q̄bus sit magisterium, q̄e ultra rostrū impleri debent aqua ardēti, & vase ista habet formā cubitalē in longo & in ample mensurā vnius palmi, & sint integre facta & solida.

¶ Canon quartus qui docebit te extrahere quītā essentia ab omnibus plantis fructibus & radicibus & carnibus ouis & sanguine.

¶ Est aliud ex secretis nature, vt tu fili scias trahere q̄ntā essentia ab omnibus plantis fructibus radicibus carnibus animaliū & ouis, & auiū, & sanguine. &c. Capias igit̄ quācunq; rerū volueris, & teras bene fortiter in mortario, & pone ad putrefaciendū in vase per quadraginta dies postea extrahas, & distilla aquā per elemibchū ter vel quater, sic aquā ardēti fecisti, & in quolibet supradictorū vasorū pone ad circulandū, donec signū consequaris odoris prius iam dicti, aut fili trahasa quacunq; istarū rerū quattuor elemēta & aerē, & ignē pone in vasis iam dictis, & fac circulari, donec cōsequaris signū prēdictū, grandissimū enim est op⁹ factū in magisterio medicinę. Oēs iste quītē essentia sunt quo vis istorū modorū extracte, in millesimoplo em̄ plus operant̄ q̄e earū medicinę ante earū extractionē taliter q̄ pro miraculo reputat̄ apud vniuersum orbē. Nihil quippe in omnibus quīc̄ essentia adimus. s. in earū extractione nisi q̄ per nouum artificiū superflua debemus remouere,

Libellus

¶ Canon quintus, qui docebit extrahere quattuor elementa ab omnibus rebus, scilicet plantis, animalibus, & metallis.

¶ Cum prætermittamus pro modico tibi reuelare secretum, scilicet qualiter poteris elementa ab oibus rebus, scilicet metallis, plantis, & animalibus extrahere, & regula generalis est quod illa, que de plantis terenda fuerunt terantur, & post contritionem ponantur in vase vitro in fimo equino ad putrefaciendum per mensum cum dimidio, quo transacto ponatur super vas caput suum, & distilla aquam per balneum maris, quod tibi inferius reuelabimus per figuram vnam, quousque per balnei distillationem plus noluerit distillare, tunc temporis extrahe cucurbitam a balneo, & reitera aquam, quam distillasti super feces, & gira bene cum sigillo, & claudere & pone ad putrefaciendum per decem dies, postea extrahe, & pone desuper caput alembichi, & distilla per ignem cinerum, quousque noluerit plus per illam distillationem distillare. Tunc filii misicias, quod tu habes extracta duo elementa ad partem, nunc igitur viduadas illa, que sunt aer, & aqua facies sic. Tu filii mi aquam illam quam per secundam distillationem distillasti accipe & pone in cucurbitam distillationis, & repone caput alembici & distilla in balneo, & illud quod distilla aures non est nisi aqua, quoniam per illum gradum caloris nihil aliud exit. Nam ignis balnei dicitur ignis primi gradus, & ignis cinerum dicitur ignis secundi gradus, & ignis ardens dicitur ignis tertij gradus. Fili valde utilis est ista scientia graduum ignis ad ista cognoscenda potissimum in metallo propter caloris confusionem, & tunc filii aer manet in fundo vasorum, quia non valuit per calorem in secundo gradus exire, & tunc repone ad partem, & reitera aquam, quam ab aere extraxisti super feces, & fac sicut prius & pone ad putrefaciendum in fimo per unum tempus, sicut de aere fecisti, & pone ad distillandum in igne tertij gradus, & da sibi ignem, donec totus distilleatur, & post hoc reitera ad distillandum in balneo, & exhibet aqua, & ignis manebit in fundo vasorum, quia non valet per illum calor exalare & servia ad partem. Haec que tibi dicimus de oibus vegetabilibus intellige, que in succo abundat. Et sic quoque facies in metallis prius eis nostro menstruo illa resoluere facies sub fimo per unam ebdomadam, & quod menstruum sit acutum cum vegetabilibus, aliquibus illorum, que inferius in questionario dicemus. Postquam vero filii metalli fuerint dissoluta, pone ad distillandum in igne primi gradus & exhibit menstruum, & manebit calx metalli in fundo. Post hoc vero reitera super feces metalli de novo menstruo ad pondera metalli, & pone ad putrefaciendum per mensum cum dimidio, & post hoc distilla sicut fecisti de vegetabilibus, sed qualibet vice addas nouum menstruum super feces. Fili multe fuerunt opiniones philosophorum in extrauti elemotorum a mineralibus, sed hic ponere non curamus, quia diuersimode tractabimus in tertio libro.

¶ Fili multi philosophorum in aqua forti communis facta ex vitriolo & saepe nitro sua corpora metallorum dissoluebant, & per evaporationem trahebant aquam illam, & calx corporum remanebat infra vas, & postea cum

De secretis nature

aqua dulci cōmuni illā abluebat, & per euaporationē trahebant aquā illam. Et post illā calcē cū menstruo dissoluebant ad opera sua, quē non scdm q̄ cōpetebat sequebāt finē optatū. Ratio huius est, q̄a dissolutio, quē fit cū fortī aqua non est talis, sicut natura postulat, & q̄a etiā illi, q̄ talia fecerunt ignorauerūt vegetabilia nostrū menstruū acuentia, & etiam ignorauerūt aquā mercurij vulgi, quā in cōpendio missam regi Roberto reuelauimus, q̄cōpositū est super testamēto & codicillo in parte illa, quē tractat de cōpositiōe margaritarū sic conditariū. &c. Sed fili tibi reuelabimus in hoc capitulo calcinationes, in qua nullū metallorū amittit de specie, & menstruū infra modicū tempus ipsum resolueret. Et magisteriū huius secreti tale est, q̄ tu fili capias aurū vel argentū in tenu es laminas redactū, & accipe particulā cū tantundē de argento viuo vulgarē, & pone ad ignē lentū, & cū fumauerit mitte laminas, & moue cum ligno, & post hoc mitte in gazola in aqua quē sit frigida, & si talis fuerit pasta, q̄ franga ad modū metalli campanarū, nisi reuerta massā alē bichi, & dimitte euaporari plus de argento viuo, & iterū mittat in aq., & postquā durā fuerit, sicut dictū est, pone pastā in galaiade ut diximus cum quarta parte sui salis cōmuni & cōtere fortiter donec pasta, & sal totū videat sal nigrit. Accipe igit̄ fili istud sal, & pone in sublimatorio si volueris seruare argentū viuuī, q̄ si non, pone illum in quadā gazola, quē ignē sustineat, & da sibi ignē donec videbis, q̄ totus mercurius exalauerit, vel sublimauerit. Postq̄ vero hoc cōpleueris mitte istud sal in altera gazola, & superpone de aqua feruentissima, scdm q̄ tibi visum fuerit, & misce cū quodā ligno, & sal fundet & vertet in aquā nigra, quam quiescere dimitte, & post illā extrahe & mitte passim euertendo, donec tota euersa fuerit, & calx remanebit inferius. Iterū super mitte de aqua feruentissima, & fac sicut prius, & iterū mitte sibi de supradicta aqua, donec exeat a calce clarissima, sicut missa fuit, & tunc pone calcē ad desiccandū ad solē & habebis ipsum perfectissime redactū in puluerē subtilissimū ad vsum artistē, cuius vis. Item fili cetera metalla habet diuersum modū calcinationis, de venere fit calcinatio sicut fit ēs vstū. Saturnus & Iuppiter calcinant cum sale cōmuni preparato agitando in alboth cum ligno & mittendo sal modicū, & post hoc abluat, sicut dictum est cum aqua feruentissima, & postea pone ad desiccandū & factum est.

¶ Canon septimus in quo continetur scientia ad extrahendū quintam essentiam rerum omnium ad applicandū illas corporibus humanis secundum q̄ opportunum fuerit.

¶ Deus cœli talē contulit virtutē generaliter quintę essentię, vt extra has illā ab omni ligno fructu flore radice folijs lapide & metallo, carne semine & specie, que deus cōditor naturę creavit, cuius quippe secreti magisteriū tale est, postq̄ fili vini quintā essentiā habueris a fecibus separata, cum propria noueris posse extrahi oīs rei quintā essentiā infra tres

Libellus.

8

horas, ut euitetur tantus labor, atq; tediū tibi fili dilecte. Capias igitur in dei nomine quācunq; rem, a qua vōlueris quintā essentiā separare, & mitte illā in nostrā quintā essentiā vīni, & pone ad fortē solem in vere, vel pone illā cum vase ad ignē leue, & infra tres horas habebis quintam essentiā rei mixtā cū quinta essentia, quę cōuertet in talē naturā, sicut res que sibi mittet, igit̄ si sit calida, si frigida, si humida, si sicca, si laxativa si sicca, vel cuius vis alterius conditionis & odoris fuerit, talis naturę fit, quia vt supra tibi reuelauimus appetitum habet ad hanc cōplexionē, vel ad illā talē. Iḡitur quintā essentiā fili habebis sicut res quā tibi intro miseric talis odoris, saporis, complexionis, virtutis, operationis, &c. & ideo fili maxime cautela est hęc in operatione medicinę, vt cūm vna & eadē medicina scias diuersas operationes facere, ad quā forsitan non peruenit operator durę cenuicis, &c. Et sic fili cum cōelo nostro a stellis suis quas supra nominauimus, fiet per naturā quod reputabit ad miraculū.

¶ Canon octauus, qui docet, quę sunt res calidę in primo gradu simpliciter, vt talis naturę reddatur quinta essentia nostra ad applicandum ad humana corpora.

¶ Hactenus fili verū plantarū secretū tibi pandemus, s. in earū cōplexione, & primo de calidis simpliciter in primo gradu, ynde fili medicinæ calidę simpliciter in primo gradu sunt istę s.

Cal. i pri mo,

| | |
|-------------------------|--------------------|
| Absynthium | Flores nasturci |
| Semen coriandri | Amigdalę dulces |
| Borago | Auellane sicce |
| Altea | Capparis |
| Atriplex | Folia gariofilorum |
| Eupatorium | Cardamomum |
| Cancilla | Licum |
| Stictados arabi. | Storax liquida |
| Tribulus marinus | Pal. |
| Radix pœonię | Columbi noui |
| Radix aristologię rotu. | Semen altee |
| Castanea | Semen trifoli |
| Spica celtica | Sandaracha |
| Camomilla | Triticum |
| Nuces | Panicum |
| Semen caulis | Sarcocolla |
| Mora matura | Ia. |
| Iuiube | Muscum |
| Ficus sicce | Vitrum |
| Cuscute | Caro camelina |
| Spica nardi | Vitulina |
| Folia lauri | Gallinarum |

b ij

De secretis nature

Amomum

Anserum nouarum

Crocus

Fasianorum

¶ De istis quippe fili operare secundi exigentia, & talis complexionis virtutis redietur tibi quinta essentia nostra.

¶ Si ppter infirmitatem prouenientem halitus in tanto gradu, frigiditatis & medicinas in primo gradu calidas operari non potest, applicet sibi medicas in secundo gradu calidas, que sunt hec, quae sequuntur, ut docet canon.

Polium

Cancilla

Prassium

Bulbi

Centaurea minor

Carui

Catapucia

Tamariscus

Si.

Amigdala amara

Reubarbarum

Dactali

Lignum aloë

Mel nouum

Vix amaræ

Semen aneti

Citri nigri

Brusci

Foeniculi

Apij

Asparagi

Petroselij

corumque radices

Semen peponie

Radix maratri

Xilobalsamus

Daucus

Cortex ciceri

Semen vrticis

Folia citri

Fenugrecum

Nux muscatæ

Semen pastinacæ

Faleoli

Semen raphani

Lacqæ

Fistici

Vrina

Bdelium

Ambra

Flôres croci ortiuit.

Vua matura

¶ Aperies ergo oculos tuos fili, & videas quibus rebus ex his indigebitis ad magis calefaciendam ex eo, quo modo non sufficentes fuerint tibi medicas in primo gradu, & non utaris medicinis, nisi prius scias in quo gradu sunt medicinae simpliciter constitute, quia aliter nec scies quid componis, vel quid das infirmis.

¶ Canon decimus, qui docet, que res sunt calide in tertio gradu ad affigendum eas in nostra quinta essentia ad habendum quintam essentiam calidam in tertio gradu.

¶ Fili in quo casu infirmitas nimis frigiditatis viget indiges habere medicinas in tertio gradu calidas mixtas cum coelo nostro, & nostra quinta essentia eiusdem complexionis reddatur, & sunt hec,

Siseleos

Apij folia

Pix græca

Thimus

Enula

Serapinum

Ciperus

Polipodium

Oppoponacum

Canon

nonus

Cal.in. 2.

Cal.in. 3.

Libellus.

Camedreos
Camepitheos
Isopus
Sansucus
Sambucus
Assarum
Mentastrum
Calamentum
Pullegium
Origanum
Rutha domestica
Squinantum
Porrum
Centaurea ma.

Cassialignea
Galanga
Piper longum
Siratus
Amcos
Ozimi
Nigella
Siler montanum
Cinamomum
Costum
Folia oliuarum
Nux indica
Lupuli
Saxifraga

Yeos
Dictamus
Hermodaefilus
Serpentaria
Zedoaria
Doronici
Zinziber
Gariofili
Affa ferida
Armoniacum,
Galbanum
Mumia
Castoreum
Gentiana, pīx liquida

¶ Cū ergo volueris applicare res calidas in tertio gradu & pī nīmīa frigiditatem supabundantē applica cōelo nostro, & talis virtutis efficitur.
¶ Canon vndecimus, qui docebit te, quē res sunt calidē in quarto gradu, ut affigas illas nostrā quinte essentiā, & cū opportunū fuerit reuelabo tibi, quē sunt medicinē simpliciter in quarto gradu caliditatis, & sunt hēc quē sequuntur. videlicet.

Rutha sylvestris
Piretrum
Anazardus
Sulphur
Sal armoniacum
Flos cr̄is

Nitrum
Petroleum
Semen sinapis
Euphorbium
Scamonea
Colloquintida

Piper nigrum
Vitrum adustum
Oleandrum
Cardus visci
Napellus
Squilla. Allium

¶ Dicto de medicinis, in q̄b⁹ cōtineat cōplexio ignis secundū dispositionē quattuor gradū, cōgruū est ut dicamus de medicinis cōtinētibus cōplexionē aeris, cum post ignis spēram, spēra aeris sit uetur.

¶ Canon duodecius, i q̄ cōtineat sc̄ientia eorum, q̄ sunt res humidē secundū ordinationē q̄ttuor gradū, & priō de humidis in priō gradu. Christi adiutorio ac ei⁹ magnitudinis bonitate pficiamus, cōsiderationē & doctrinā rerū humidarū in primo gradu, q̄ sunt iste, quē sequuntur simpliciter.

Flos fabē
Flos lupini
Semen pastinacē
Lignum pastinacē

Liquiritia
Amigdalē dulces
Primula veris
Canna zucchari

Lingua auis
Gummi arabici
Coturnices
Pisces recentes

¶ Canon tertiusdecius, in q̄ cōtineat sc̄ientia rerū humidarū in secundo gradu simpliciter, ut qn̄ infuerint tantę siccitatis, q̄ tibi sufficiētes non fuerint res humidē in primo gradu, applies illas, quē in secundo gradu humidae fuerint, ut tale reddatur cōclūm nostrum.

Cōgruū est filii ut tibi reuelem⁹, q̄ sunt humidē res in secundo gradu simpliciter, ut talē reddas nostrā, s. essētiā, cū necessariū fuerit, & sūt iste q̄ sequit̄ secundo

Cal,in,4,

Humida
primo

De secretis nature

| | | |
|--|-------------------|------------------|
| Semen maluę | Crisomilla | Endiuia |
| Semen lactucę | Persica, asparagi | Lactuca agrestis |
| Zicīō | Lactuca | Cicorea |
| Flos nenupharis | Malua | Aloes epaticus |
| ¶ Ex his igit̄ filii applica quinq̄ essentie nostrę cum medicinę humidę in primo gradu non fuerint sufficiētes ad eradicandū siccitatē peccantē. | | |
| ¶ Canon q̄rtusdecimus, q̄ docet, quę sunt res humide in tertio gradu, vt cum necesse fuerit habeas earū cognitiońē ad illas applicandū cōelo nostro, vt habeas cōclum nostrum humidum in tertio gradu. | | |

Humida i
tertio ¶ Fili mi cū videris, q̄ siccitas tanta est, quę per medicinas humidas in gradu secundo extingui non potest, applica medicinas humidas in tertio gradu cōelo nostro, quę sunt hęc quę sequuntur.

| | |
|------------------------|-------------------------|
| Semen gal. | Flores violę viridis |
| Poma viridia | Saturiones |
| Filocaparon, Eruca | Alquitua |
| Radix pastinace | Semen castorei |
| Flores violę coelestis | Semen lini |
| Flores papaueris | Fructus papaueris albi. |

Hę sunt res humide in tertio gradu simpliciter has affige in cōelo nostro vt viguerit necessitas.

Humida i
quarto ¶ Canon q̄rtusdecim⁹, q̄ docet q̄ sunt res humide in q̄rto gradu vt affi gas illas in cōelo nřo ad applicandū illas corpib⁹ densis pp̄t nimiā siccitatē ¶ Ratio naturę est filii, vt reuelē tibi, quę sunt medicinę humide in q̄rto gradu, vt affigas illas in cōelo nostro, vt influat in nobis humiditatē quā plurimam, cum necesse fuerit, & res humide in quarto gradu simplicitatis sunt iste, quę sequuntur.

| | | |
|----------------|------------------|------------------|
| Aureola | Lacataria | Cerebrum columbi |
| Argentum viuum | Stinci | Gamelion |
| Mercurialis | Cerebrum gummici | |

¶ Hę igit̄ medicinę reddent cōclū nostrū humidū in quarto gradu, quas applica scđm exigentiā & vires patiētis. ¶ Dicto vero de medicinis humidis quę cōplexionē habēt humidā, s. aeream, nunc restat vt djeamus de habētibus pp̄rietatē aquę, ex eo q̄a post aerē sp̄era aquę p̄ primā causam situata est, p̄cedēdo scđm ordinationē q̄ttuor gradū, sicut in alijs, &c.

Fri. i pri. ¶ Canon sextusdecimus, in quo continentur scientia rerum frigidarum, & primo de frigidis in primo gradu.

Hoc est vt nřaq̄ta essentia rediga frigida in primo gradu reuelabim⁹ tibi medicinas dictā habētes cōplexionē, quę sunt hę, quę sequuntur.

| | | |
|---------------|------------------|-------------------|
| Grana salicis | Herba acetosa | Pruna |
| Tamarindi | Fabę virentes | Flos rosę viridis |
| Ordeum mundum | Pira bene matura | Ar. |

¶ Has medicinas applicabis cōelo nostro, vt reddat frigidū in primo gra

Libellus

du, ut scias ipsas coelo nostro applicare, cū necesse fuerit ut insuat super nos frigiditatē primi gradus. ¶ Fili si tibi per nimirū calore non sufficent medicinē, frigidē in primo gradu applica coelo nostro res frigidas in secundo gradu, postea facias applicationē secundū q̄ tibi videbitur, & medicinē sunt iste, videlicet.

| | | |
|---------------|--------------|----------------------|
| De iberum | Pentaphilon | Malagranata, seidula |
| Litargirium | Arnoglossa | Mora immatura |
| Folia salicis | Grifolocanna | |

¶ Canon decimus septimus, qui docet quę sunt res frigidē in tertio gradu, ut qñ non sufficiētes fuerint medicinē frigidē in primo & secundo gradu, q̄ applies illas, quę sunt in tertio gradu, ut scias remediū adhibere caliditati dominanti.

¶ Hactenus fili reuelabimus tibi, quę sunt medicinē frigidē in tertio gradu, ut qñ infirmitas fuerit tantę siccitatis, q̄ illi non sufficiant medicinē primi & secundi, recurras ad ista, quę sunt tertij gradus, & sic remedium adhibeas, & sunt quę sequuntur. s.

| | | |
|----------------|---------------------|------------|
| Virga pastoris | Melones | Psilium |
| Omnes sandali | Citrulli | Paritaria |
| Ypoquistidos | Cucumeres | Vua milana |
| Portulaca | Sorbe | Spodium |
| Semen eius | Plantago semen eius | Poma. |

¶ Medicinas istas applica coelo nostro, & habebis ipsum frigidū in tertio gradu, & vt erit illo dum fuerit oportunum.

¶ Canon. xviii, qui docet, quę sunt res frigidē in quarto, & vt aris illis dum fuerit necesse.

¶ Fili mi certū sit tibi, q̄ multonū fuit opinio, q̄ nulla res erat in q̄rto gradu frigiditatis cōstituta q̄ naturā, cōtra quos ista facimus rationem.

¶ Omne elementū, vel quęcumq; alia res appetit esse in maiori perfectiōne, quā sua natura capere potest, cuius ratione elementū quodlibet in elementatis appetit quartū punctū simplicē, ut suū contrariū reprimat, vel saltē ei adēquēt per resistētiā, ut esse suū non priuēt ab indiuiduis. Si igit̄ aqua per naturā nō inuenit in indiuiduis in quarto gradu, sicut in primo, scđo, & tertio, aqua non appeteret maiore pfectiōne simplicitatis, quā in indiuiduis habere potest, & sic simil itudo, sive simplicitatis in maiori gradu multiplicata esset ei per naturā odibile, & suū contrariū esset illi amabile, qđ est impossibile. ¶ Preterea. Nullus morbus calidus in quarto gradu esset curabilis, quod est incōueniēs & cōtra finē medicinē. ¶ Itē esset ipsa aqua destructa cōtra, & ideo regula, q̄a non trāsmittat extra se similitudinē suā per modū suę perfectionis, & suarū partiū & cū similitudinib; dictarū partiū operat in indiuiduis. Ratio huius est, q̄a talē defectū natura bonitatis & virtutis, &c. non cōsentiret, cum ista naturaliter appetant multiplicari in maiori perfectione entibus re-

De secretis nature

alibus q̄d esse potest secundū suā naturā, quorū contrariū ageret aq̄, si non esset reperta in scđo gradu in rebus naturalib⁹, qđ est impossibile.

¶ Filii mi multa alia inconvenientia sequi possent ex eorum opinione, sed illa dimittimus causā breuitatis, vnde res frigidę in quarto gradu sunt istę quę sequuntur,

| | | |
|-----------------|------------------|------------|
| Opium | Iusquiamus | Cicuta |
| Mandragora | Semen eius | Semen eius |
| Camphora | Semperiuia | Ebenus |
| Semen papaveris | Aqua eius | Salamandra |
| | Mucilago psiliij | Barbassus |

¶ Has quippe res applica cōelo nostro, & habebis ipsum frigidissimum:

¶ Diximus de medicinis frigidis secundū ordinē quattuor gradū. Et qđ post oīm elementorū sp̄eras sp̄era terrę situa ta est vltimo, ideo de rebus siccis vltimo dicendum est,

¶ Incipit canon decimusnonus, qđ docet quę sunt res siccę in p̄io gradu:
¶ Ordine pr̄missō fili tibi retū siccātū reuelamus ut affigas necessariō cōelo, & primo de siccis in primo gradu simpliciter, & sunt istę, s.

| | | |
|-------------|----------------|-----------------------|
| Spuma maris | Argilla | Caro caprina |
| Caules | Caro bouina | Turtures antiquę |
| Fabę siccę | Caro ceruina | Columbi antiqui |
| Amidum | Caro camelorum | Caro omnium avium |
| Thucia | Caro leporis | qui habitant in aquis |

¶ Affige ergo fili has medicinas cōelo nostro & habebis ipsum siccum in primo gradu, vt utaris illo, cum tibi oportunum fuerit. &c.

¶ Canon vigesimus, qui te docebit, quę sunt res siccę in secundo gradu, vt cum tibi fuerit necesse applices illas nostro cōelo, vt influat in nobis siccitatē in secundo gradu.

¶ Fili qđ infirmitas ram humida fuerit, qđ tibi non sufficiant res in p̄mo gradu siccę, addes istas cōelo nostro quę sunt in scđo gradu siccę, s.

| | | |
|-----------------|---------------|----------------|
| Rifum | Cortex thuris | Thipus |
| Balaustię | Cortex ornii | Lapis lazuli |
| Testa maligrā | Xilobalsamus | Lapis armenus |
| Vberi ro. siccę | Flos ro. sic. | Nespolę mature |

¶ Has quippe res affige in cōelo nostro ad magis desiceandum:
¶ Canon vigesimusprimus, qui docet, quę sunt res siccę in tertio gradu, vt scias illas applicare cōelo nostro, vt fiat illius cōplexionis, & sic applies ipsum in corporib⁹ humanis, cum tibi videbitur.

¶ Fili cum tibi videbit, qđ infirmitas tanta est multiplicata in humiditate, qđ tibi non sufficiant medicinę siccę in p̄mo & secundo gradu applicabis istas, quę sunt siccę in tertio gradu, quę sequuntur.

| | | |
|---------|---------------|---------------|
| Mastix | Acetum cōmune | Bolus armenus |
| Charabe | Succus malie | Iuniperus |

Fra. in. 4.

Sic. in pri
mo.

Sic. in. 2.

Sic. in. 3.

Libellus

Olibanum
Myrra
Cinaprium
Aspaltum
Sanguis dra.

Pira sylvestria
Ga.
Scoria ferri
Ferrugo ferri
Pulmo vulpis

Fructus juniperi
Fructus sauvine
Galle
Flos sambuci
Flos ebuli ebulus.

¶ Has affige in coelo nostro & fiet siccum in tertio gradu.

¶ Canon vigesimus secundus, qui docet, quæ sunt res sicce in quarto gradu, ut istas applices coelo nostro, & fiet siccum in quarto gradu.

Arsenicum album
Arsenicu rubeum
Azarnech
Azarchon
Æs
Flos eris

Capitellum
Omnis mirobalani
Cortex ilicis
Coagulum
Thucia
Sal preparatum

Glandes virides
Peluis affodilorum
Alumen roche
Alumen plume
Folia daruich
Cortex vberi.

¶ Diximus de alijsbus medicinaliſ & earū ſimpli cōplexione ſed in diſ poſitionē quattuor graduū ſimpli citer, vt artiſta per iſtas, quæ hic po-nunt alias inuestigare ſciat ſed in cōplexionē ſapori, odorē, ponderoſita-tem & leuitatē ad faciendū diuersos effectus in corpore noſtro. Nunc cōgruū eſt vt dicamus in generali, de q̄litas i bus appropriatiſ, vt artiſta co-gnoſcat, quæ ſunt ſimpli cates qualitates & propriet̄, & quæ appropriate, & quæ qualitates ſunt gradit̄ in rebus naturalibus, vt cognoscatur vniuſ medicinē cōpoſitē finis ex multiis in diuersis medicinis cōpoſitis. Et vt ſciat qđ homo dare debet, vel auferre infirmis.

¶ Canon. xxij. in quo continentur prefata doctrina.

¶ Valde fili mi meditamur, vt reuelemus q̄litas rerū p̄prias & p̄pri-ecates, ſi in quo gradu exiſtere poſſunt ſeſtim naturā, vt deſtruant multo rum opiniones, q̄duas q̄litas in una & eadē re dixerūt in eodē gradu exiſtere, ſicut in pipere, qđ dixerunt calidū & ſiccū in q̄rto gradu, & caſtoreū, qđ dixerunt calidū & ſiccū in q̄rto gradu. Contra quos fili talē fundamus rōem. Quattuor maſſe p̄incipales, quæ ſunt quattuor elemēta ſperas, p̄prias haſent, vbi natura cuiuſlibet maiōr eſt qđ in aliorū ſperis, q̄uiſ fili quodlibet elemētuſ ſit in alterius ſpera, ſi vnum per ſperas oīm & omnia per ſperam vniuſ. Hoc autem fili natura orbis fabricat, vt ex mixtione eorum oriāntur indiuidua ſperarum, in quib⁹ elemēta actu-aliſter exiſtant, vt ſupra probauim⁹, quæ eſſe non valerent ſi mixta vi-cifim non eſſent, quoniām fili, ſi mixtio vniuersalís orbis deficeret ele-mentis, deficeretq; mixtio ſpecialis, atq; indiuidualis, quoniām deficitio-ente generali venit particula re in ſuipſius corruptionem. Deniq; quod libet elemētum, ex eo quod iuxta ſuā naturam in propria ſpera ſuā complexio maiōr eſt, vt caliditas, quæ maiōr eſt in ſpera ſuā ignis quā ſiccitas nec aliqua aliarum complexionum, & ſic de alijs.

De secretis nature

¶ Itē fili quodlibet dictorū elementorū habet p̄priū subiectū in indiuis
duis specierū, in qua sua caliditas major est q̄ qlitates aliorū elemētorū,
sicut fili in pipere, in quo magis viger p̄prietas ignis q̄ in croco, & in
aloē, in quo magis est de complexione aeris q̄ in mirobalanis, & sic de
alijs rebus similibus istis, vnde facio istā rationē. Omnē effectū cōsequi
oportet naturā suę cause, si igit ignis, q̄ est causa oīm rerū calefactibilium
maiorē sui, p̄prietatē haber in sp̄era sui & sua p̄prietas ibi magis reperi
tur q̄ p̄prietas aliorū, sicut in rebus calefactibilibus de cōplexione ignis,
oportet q̄ maior sit caliditas q̄ humiditas, vt appareat cōcordantia in
diffērencia existēs inter causam & suū effectū, & vt appareat diffērencia in
rem calide cōplexionis & rem humidā, vel siccā, &c. Quia si vna res habe
ret in se duas cōplexiones cōquales, sicut in pipere caliditas & siccitas, si
essent in eodē gradu, esset piper equaliter siccū, sicut calidū, & sic est pos
sibile habere has duas cōplexiones cōquales cōtra frigiditatē, & sic possi
ble esset q̄ frigiditas & humiditas essent cōquales cōtra caliditatē & sic
titatē, qd̄ est impossibile, q̄a sic non inueniret aliquā speciale indiuidū,
in quo qlitas vnius elemēti esset predominans, vt denominationē cape
ret ab illo, sicut piper, qd̄ denominationē accipit ab igne, q̄a calidū.
Alsoes qd̄ denominationē accipit ab aere, q̄a humidū. Mandragora ab
aqua, q̄a frigida. Mirobalanus a terra, q̄a siccus. Hoc aut̄ est impossibile
q̄a sequeret irregulartas in indiuiduis naturalibus, ex eo qd̄ non haberet
magis inseinctū ad qlitatē vñā q̄ ad alia. ¶ Ex quo fili notare potes, q̄
sicut quodlibet elementū dñationē p̄prias sc̄im suā naturū habet in sua
p̄pria sp̄era, in qua alterū non habet ita magnā dñationē, sicut habent
p̄pria indiuidua substātialia, in q̄bus magis qlitas vnius elemēti p̄edo
minat alteris. Exemplū, natura ignis est calidus p̄prie, siccus a p̄prietate.
Nam caliditas maior est in igne q̄ siccitas, qm̄ p̄prietas maiore est in
qualibet re q̄ appropriata. Sic em̄ fili est in indiuiduis, q̄e oportet ha
bere vñā propriā qualitatē aliam appropriatā, ex eo q̄ effectus suę cause
correspondere debet. ¶ Hoc p̄bat fili mi p̄ regulas duodecim, q̄asi ignis
q̄ est causa alicuius calefactibilis, est calidus & siccus, ignis in illo calefa
ctibili non potest transmittere extra se similitudinē suā, nisi cū suo ca
lore & siccitate, & p̄ modū naturę caloris, & siccitatis & iterū aliarū cō
plexionū. Sic igit in indiuiduo per ignē causantē oportet maiore esse ca
liditatē q̄ siccitatē, & sic siccitas depressior. Et sicut diximus de igne,
ita intellige de alijs qlitatibus elementorū, sicut ignis in sua sp̄era pro
pria est forma, & alia elemēta sunt māteria q̄a calefacta sit sua propria
qlitas in indiuiduis naturalibus existens est forma extensa, & diffusa su
per omnes alias elementorū, & qualitatēs, q̄e sunt igni.
¶ Ex quo fili multū bene cōcludit ipsam qlitatē ignis in subiecto ignis
maiorē esse q̄ alterā qualitatē, & sic talis qualitas in simili subiecto est
rex, qlitas vero q̄e magis cōcordat militē dicimus, vltima & o qualitas

Libellus.

12
Pars

que primæ contraria sunt scelua. Exemplum filii tibi dabimus, ut facilius possis intelligere mouendo te ipsum ad obiectandum. Nam piper est calidum proprium, siccum a proprietate, caliditatem vero maiorem oportet esse in illo quam siccitate, nec humiditatē, nec frigiditatē. Ergo in pipere caliditas rex, nunc vero quia siccitas magis cum igne concordat quam altera aliam, est siccitas in igne, vel pipere regina. Et quia post siccitatē humiditas cum caliditate concordat humiditas in pipere est miles. Et quia frigiditas caliditati contraria est aqua seu frigiditas in pipere scelua, & ideo ultimo siccitas est in subiecto igneo. Fili secundum conditionem majoritatis & minoritatis situat sunt gradus in rebus naturalibus, sicut filii piper habent quocunq; gradum caliditatis, ista caliditas est in illo maior, ut supra abauimus, ergo alię minores illa propria, & sic sequit distinctio qualitatis individuorum, quā aliqui asserunt esse impossibilem. Nunc filii quia regina magis cum rege concordat quam miles nec scelua, reginam oportet esse maiorem in regia domo quam miles, nec scelua. Et ideo quia regem reginam sequit, et non est talis sicut rex, illa minor est & uno gradu inferior quam rex, & cognominatur tertia. Et sic siccitas in pipere est in tertio gradu. Et quia post reginam miles maior est in domo regis, illa minoritas dicitur alius gradus inferior. Inferius quidem dicitur secundus, & sic in pipere est humiditas in secundo gradu. Item quia post militem scelua minor est in domo regis quam nullus alius, illa minoritas alter gradus inferior isto dicitur, qui nominatur & primus. Et sic filii concludit, quod piper est calidum in quarto gradu, siccum in tertio, humidum in secundo, frigidum in primo. Et sicut diximus filii de piper, quod habet complexionem igneam, sic potes dicere de alijs rebus & qualitatibus respectu de majoritate concordantie. Præterea filii scias quod non omnis res naturalis habet quattuor gradus in se integre, sed ex illis habet degradatae. Et ad melius intelligendum formamus puncta quatuor in quocunq; gradu cuiuslibet qualitatis, que quidem puncta sunt tantum mediū, per quod mouet intellectus ad intelligendum res quantū habet de una compositione vel de alia. Filius valde est confusa doctrina de gradibus, adeo quod non est scientia in mundo, que tam parum sciat, sed hic in summa breui breuiter tractabimus. Et primo dicimus, quod res que sit calida in quarto gradu omnes alios gradus habet integros, & sic dehumidis frigidis. &c. Sed res que sit in tertio gradu calida, est in secundo siccata, & in duobus punctis frigida. Res que est in tertio gradu humida est frigida in secundo, calida in primo, siccata in duobus punctis primi gradus, & sic de alijs. Item res que in secundo gradu est calida, est in primo siccata, & in tribus punctis alterius gradus humida, cum duobus punctis frigida. Item res que est in primo gradu calida, est in tribus punctis alterius gradus humida, & uno puncto uniuersaliter frigida. Et sicut possumus exemplum plu de calidis, ita potes dehumidis dicere, & etiam de alijs. Item filii multe & diversae opinio fucrunt in hac intentione super calidum in primo, & cal. in secundo, & cal. in tertio,

De secretis nature

qui a filii in uno in diuiduo est caliditas in tertio gradu, & altera in eodem, sed differunt secundum actionem & passionem, quia in uno in diuiduo est forma regina, regina vero sub rege patet, rex vero in quocunque in diuiduo est forma, regina vero miles & scelava sunt materia. Non est ergo equalis actio unius qualitatis existentis in diversis in diuiduis ratione superdicta. Et de hoc intellige secundum applicationem simplicem & singulariter unius cuiusque, non autem secundum multarum aliarum medicinarum congregatarum ad unum finem. Et de hoc dabimus tibi exemplum. Squilla vero vel thuria que est calida in tertio gradu, & agnus castus calidus in tertio, si quod liber eorum applicetur ad nostrum corpus maiorem caliditate influit in nobis agnus castus quam thuria. Ratio huius est, quia caliditas in agno casto est rex, in thuria vero regina. Et quia rex maioris potestatis est quam regina, igitur. &c. Item quia caliditas in thuria est terrificata, & stat secundum passionem, in agno casto secundum actionem, & quia maioris naturae est res agere quam patiens, igitur. &c. Item quia in thuria caliditas habet duos punctus frigiditatis sibi contrariantes, in agno casto vero solummodo habet duo puncta unius gradus contraria. Item quia caliditas existens in thuria desiccat ultimato modo, quia inseparabilis a natura illius & siccitate formata. In agno casto vero calefacit plus quam desiccat, quia ibi caliditas rex est, & a nullo formata est, sed siccitas in illo est significata, & post per naturam caloris calefacit, & postea desiccat, quia in quacunque re naturali prius in seipso oportet esse actu proprium & coessentialium illius quam appropriatus, & etiam caliditates submissae in aliquo in diuiduo formata aliqua natura prius sunt in corpore nostro agendo secundum naturam formae quam formate existant persimilis, sicut caliditas ignis, quae significat terram. Terra vero existens in igne prius calefacit, secundum desiccat, hoc vero sit, quia natura ignis, cui submittitur siccitas, mouet siccitat secundum naturam sue significationis significabilitatis & significatur. Ecce ergo filii differentia est inter calidum in tertio gradu, & calidum in tertio, & sic de humido & frigido & sicco, non autem est sic filii in compositione multarum medicinarum ad unum finem, quia qualitas qualitate iuuat, gradus gradum, punctus punctum. Exemplum, quedam medicina componitur ex aloë, pipere longo, rosis siccis, mastice, gariofili, succo foeniculi, & scamonea. Nunc vero graduamus talē medicinā. Aloë est humidus in secundo gradu, frigidus in primo, calidus in duobus punctis gradus, & siccum in uno puncto unius gradus. Piper longum est calidum in tertio, siccum in secundo gradu, humidum in primo, frigidum in duobus punctis unius gradus. Rosæ vero siccæ sunt siccæ in secundo, calide in primo, frigidæ in duobus punctis, humidæ in uno puncto. Mastix est siccus in tertio, calidus in secundo, frigidus in primo, humidus in duobus punctis. Gariofili vero sunt calidi in tertio gradu, siccæ in secundo humidæ in primo, frigidæ in duobus punctis gradus. Succus foeniculi est calidus in primo, siccus in tribus punctis, humidus in duobus, frigidus in uno puncto. Item scamonea est calida in

Libellus.

quarto gradu, sicca in tertia, humida in secundo, frigida in primo. ¶ Nunc ergo videamus quot gradus & quot puncta habeamus de una qualitate, & quot de alia, & sic iungamus gradus & puncta usque quo ex oibus istis habeamus vñ gradū simplicē, cuius naturę debeamus medicinā. ¶ Prius vero videamus de calidis qualitatibus, & oēs gradus dividamus per puncta, post iungamus puncta de quatuor in quatuor & faciā gradus. Nam in aloë sunt duo puncta caliditatis, in pipere longo duodecim puncta, in mastice vero habemus octo puncta, in gariofilis duodecim puncta, in foeniculo vero habemus quattuor puncta, in scamonea sexdecim puncta. Sic filii in ista medicina sunt: 58. puncta calida. ¶ Itē in aloë habem⁹ quattuor puncta frigiditatis, in pipere longo duo puncta, in rosis alia duo, in mastice quattuor puncta, in gariofilis duo puncta; in succo foeni, vñ punctū, in scamonea quattuor puncta, vnde habemus in hac medicina: 19. puncta frigiditatis. Item in aloë habem⁹ octo puncta humiditatis, in pipere longo quattuor puncta, in rosis vñ punctū, in gariofilis quatuor puncta. Item in foeniculo habemus duo puncta, in mastice duo puncta, in scamonea octo puncta. Et sic habemus in hac medicina vigintinouē puncta humiditatis. Item in aloë habem⁹ vñ punctū siccitatis, in pipere longo habemus octo puncta, in gariofilis alia octo, in mastice duo decim puncta, in rosis quattuor puncta in foeniculo tria puncta, in scamonea duodecim puncta, & sic habemus in hac medicina: 48. puncta siccitatis. Nūc vero iungamus oia puncta, & primo puncta caliditatis, que sunt: 58. & frigiditatis: 19. puncta, item de humiditate: 29. puncta, item de siccitate habemus: 48. puncta, nunc demus vñ punctū contrariū alteri contrario, & postea puncta duarū qualitatū, que necesse habent esse concordantes, que super erunt illis dabimus medicinā. Nunc filii: 19. punctis frigiditatis demus alteri: 19. puncta caliditatis, & sic de quinquaginta octo punctis caliditatis restat: 39. puncta. ¶ Item de humiditate habemus: 29. puncta, nunc istis: 29. punctis demus alia: 29. siccitatis, & de quadraginta octo punctis trahendo: 29. remanent: 19. puncta. Nunc igitur de caliditate habemus trigintanouem puncta caliditatis, & decem & nouē puncta siccitatis, nunc ergo a trigintanouē trahendo decem & nouē humiditatis, que alio punctis damus, manent viginti puncta. ¶ Ex istis igitur faciamus gradus: scilicet istis: 14. punctis, nam vni gradui dando quatuor puncta sunt tres gradus & duo puncta, & sic medicina est in quarto gradu calida, non in summitate quarti gradus sed in medio quarti gradus, vel in duobus punctis quarti gradus. Ex quo filii patet quod multæ sunt compositæ medicinæ, queæ ultimum quarti, tertii, secundi, primi gradus non habent, quia mitiunt vnum punctum vel duo puncta in compositione propter generationem & corruptionem ad ultimum finē ex oib⁹ resolutū in medicina cōposita. Ex q̄ patet ista q̄ supra dixi. ¶ Ex una qualitate depresso multiplicata cū altera agere resoluta quedā

De secretis nature

qualitas vltimata in medicina, quæ est forma, ex eo qā vna qualitas alia iuuat similem sibi. Ex quo fili est tibi reuelatū, qā vna qualitas, quæ scdm simplicitatē induitū, hoc est medicinę simplicis, est patiens scdm cōpositionē est agens, & e contrario multū est tibi fili ista doctrina, necessaria in medicinis in quibusq; artis medicinalis vtentibus ad cōponendū medicas quascunq; & ad sciendū vltimatū gradum resultatū ex pluribus gradibus, & certificet quantū potest calefacere, quantū potest desiccare, quantū potest humectare, quantū potest infrigidare. Quod vero fili sciri non potest ppter cōfusionē graduationis medicinarū simpliciū aliorū auctoriū qualitatē appropriatā & equalē proprie faciebant qualitatē ppter quod est impossibile, & contra cursum nature. Nam regē maiore oportet esse in regno suo oībū alijs, qā si aliter esset, non esset rex; & esset de structa simplicitas rerū & dñatio & pprietas ppria & actio & passio.

¶ Fili valde prolixa est hęc doctrina, sed sumus de intentione plus de hac materia in præsentī non tractare: qm̄ in pluribus locis plene tractauimus de hac doctrina, ad quę te remitterimus: vt est liber principiorū medicinę, qui dicit ars medicinę, liber qui dicit de ponderositate & levitate elementorū. Item liber de regionib; sanitatis. Item liber qui dicit doctrina de gradibus in quibus ista scientia est satis diffusa, qā per ista quę hic diximus satis poteris de hac doctrina cōprehendere. Questio. Pater cur hic non posuitis oīs medicinas, quę conueniunt & earū gradus, vt ex eis possint medicinę cōpositę fieri scdm traditā doctrinā. Solutio. Fili mi, vt euite plixitas, qm̄ sumus de intentione hunc librū cōpendiosum facere, non aut plixi. Quo ergo pater cognoscā gradu aliarū medicinarū hic non explicatū? Solutio. Fili vt recurras ad antedictaria philosophorū & scdm propriā qualitatē medicinis impositā in gradu, sic de alijs appropriatis iudicabis, vt supra tibi diximus. s. si philosophus dicit esse calidā & siccā, in tali gradu. si quarto a qualitate quę prius denominat, incipies dando medicinę illā proprietatē qā fili philosophi illā inuenirent, proprius esse in operatiō, & postea de alijs qualitatibus iudicabis per doctrinā tibi traditā superius scdm maioritatē vel minoritatē concordantę ad propriā qualitatē, qm̄ fili qualitas proprie qualitatē alicui rei magis cōcordas est ab ipsa magis diligibilis, & ideo circa seipsam ponit, vt adiuuet seipsam cōtra actionē sui cōtrarij. Exemplū in pipere. Caliditas est propria qualitas, & est in quarto gradu, oportet etiā qā piper sit cōpositū ex alijs qualitatibus sicut ex siccitate. Nunc qā caliditas est rex, consurgit circa se illa qualitas, quę magis secū cōcordat, quę est siccitas. Ista qualitas fili non est equalis caliditati, cum sit regina, sed est inferioris per vnu gradū. Et qā fili post siccitatē humiditas magis concordat, cū caliditate, ideo humiditas in pipere non est equalis siccitatī, & qā nō est equalis, est minor siccitatē per distantiam alterius gradus. Item qā frigiditas est cōtraria caliditati posita est in pipere infrahumiditatē. Ex qā fili,

Libellus

14

multū evidenter patet, q̄ res quę calida est in quarto gradu est siccā in tertio, humida in secō, frigida in primo. Hęc sit tibi regula generalis ad iudicandū de alijs qualitatibus ponēdo in medio figurā. Cscdm quam potes iudicare de cōplexione & gradibus medicinarū simpliciū & cōpositarū. ¶ Questio. Pater cur quedā medicinę quarti gradus sunt mortiferae, & quedā non. ¶ Solutio. Fili. Qm̄ quedā sunt calide, humide, siccę, frigide in vltimo punto quarti gradus, quedā in tertio, quedā in secō, vel in primo, vnde fili facies talę regulā generalē. ¶ Ois medicina quę est in quarto punto quarti gradus calida, humida, frigida, siccā mortifera est Exemplū de calidis, vt napellus, cardus, visci, squilla sola, & oleandrum cū occidunt cerui. De humidis vt argentū viuū. Itē de frigidis vt cicutā & cerebrū capiti. De siccis vero vt arsenicū albū, vel rubeū, azarnech, aës vstum, viride aës, gipsus, &c. Vnde fili q̄tum declinat a quarto punto tanto minus sunt mortiferę vt squilla, quę cū misere cū multitudine aliarum non est mortalissicut sola, & solatrū qđ non est tam noxiū sicut arsenicū, & iusquam sicut non est tam noxiū sicut cicutā, & mercurialis, vel litaria, quę non sunt tam noxiū sicut argentū, & sic de alijs rebus similibus istis. ¶ Questio. Pater. Quare magis interficiunt res existentes in vltimo punto quarti gradus calide, humide, &c. qđ res quę existit in vltimo punto aliorū graduū. ¶ Solutio. Fili. Quia plus in eis retinetur de simplicitate essentię cōponentis, quę simplicitas est in subtili materia naturata plus qđ in alijs gradibus, fuxta hoc sufficit tibi exemplū, qđ superius diximus de basilisco & fulgure. Et ut facilius intelligas medicinariū gradus, hic vero tibi osto figuras faciemus, per quas poteris mouere intellectū tanq̄ mediū directiū ad intelligentiū hoc, qđ de gradibus superius fecimus. In primis em̄ quattuor figuris contineat scientia quatuor medicinarū simpliciū in vltimo punto quarti gradus existentiū, & in alijs quattuor illarū rerū, quę sunt in quarto gradu, s. in tribus punctis, & in alijs quattuor de illis, quę sunt in tertio, & de alijs quattuor de illis, quę sunt in secundo, & sic de alijs q̄tuo de illis, quę sunt in primo.

¶ Dicto de gradibus medicinarū, congruit ut dicamus de eant̄ virtutib⁹ & proprietatib⁹, vt cū illas applicuerimus ad coelū nostrū reddantur eiusdem virtutis in millecupo qđ si perse agerent.

¶ Sequit̄ canon. xxv. qui te docebit prius, quę sunt res attractiū. Fili in presenti canone sumus de intentione, vt reuelemus tibi quę sunt res attractiū, vt a corpore nostro attrahi possit quęcunq̄ res noxiā, sicut ferum, lignum, apostema, &c. & sunt quę sequuntur.

| | | | |
|--------------|--------------|---------------|---------------|
| Magnes. | Serapinum | Assafetida | Majorana |
| Ap. | Sulphur | Cataputia | Apium |
| Pulmones | Armoniacū | Tapſia | Pulegium |
| Aristo.longa | Petroleum | Dictamnus ru. | Adeps cīcicu. |
| Lolium | Scopia regi. | Cathimia, | d |

De secretis nature

¶ Applica ergo medicinas istas coelo nostro & attrahet tibi omnem rem supra modum.

¶ Canon. xxvi. q̄ docet quę sunt res purgātes humores peccātes in corpe nostro in generali, & primo de purgantibus sanguinē. Quędā laxat̄ ventrē & puocant̄ qnq̄ vomitū, q̄a abominabiles reddunt̄ nature, quędā il̄ larū attrahit̄ humores sibi similes, vt sunt reubarbarū, scamonea, psiliū iuante virtute mēbrorū expellēte ad intestina, & ex intestinis ad extra & eān̄ quędā purgat̄ cū viscositate, vt est mercurialis, psiliū, quędā cū stipticitate, vt sunt mirobalani, quędā cū aeredine, vt semen arriplicis, quędam cū dulcedine, vt scamonea, cassia fistula, quędā vero cum amaritudine, vt aloes, & alię purgant hunc humorē, aut illū, he vero sunt quę purgant sanguinem in quacunq̄ parte corporis.

| | | | |
|----------------|-------|--------|-----------|
| Cassia fistula | Viola | Pruna | Zuecharum |
| Manna | Serum | Tapsia | Malua |

Succus mercurialis Vue in aurora collecte.

¶ Item melancoliam purgant iste, que sequuntur, & conferunt quibuscunq̄ quartanis episentīcis & apopleticis, &c.

| | | | |
|---------------|-----------|--------------|-------------|
| Lapis lazuli | Thimus | Oēs mirobal. | Ebuli |
| Lapis armenus | Epithimus | Sticados | Camepitheos |

¶ Coleram vero purgant ista que sequuntur, f.

| | | | |
|---------------|----------------|---------------|-------------|
| Capilli vēne. | Tamarindi | Pruna | Reubarbarum |
| Endiuia | Lingua ceruina | Sucus lactucę | Scabiosa. |

Quattuor semina frigida.

¶ Flegma vero purgant ista que sequuntur, f.

| | | | |
|----------|---------------|--------------|-----------------|
| Sambucus | Saxifraga | Piper longum | Elleborus albus |
| Anacardi | Hermodactilus | Polipodium | Enula campana |

| | | | |
|------------|----------|--------|-------|
| Concordium | Piretrum | Sauina | Sennę |
|------------|----------|--------|-------|

| | | |
|---------------|-----------|-----------------|
| Colloquintida | Euforbiūm | Elleborus niger |
|---------------|-----------|-----------------|

Quattuor radices diureticas, radix cucumeris agrestis, sumusterre. **¶** Hæ vero res miraculose traditę a deo, & cū determinata virtute ad expellendū morrales, atq̄ nociuoshumores de corpe nostro. Cū igit̄ volueris harū qntā essentiā habere, affige illas in celo nřo, & tūc ipsam habebis.

¶ Canon. xxvii. q̄ docebit te quę sunt res, que cōstringunt ventrē & sanguinē, vt affigas illas in celo nostro, & sic habes ipsum constrictiūm.

¶ Ea aut̄ quę cōstringunt sunt sicca & frigida, q̄a ratione stipticitatis cōstringunt mēatus. Quędam vero quę appropriate, vt rūtha vtriusq̄, & sunt ista que sequuntur.

| | | | |
|------------|------------|--------|---------------|
| Corallus | Pentafilōn | Risunt | Pira immatura |
| Crīstallus | Portulaca | Milium | Accacia |

| | | | |
|-------------|-------------|-------|----------------|
| Bolus armē. | Sanguis co. | Glans | Menta cum aee. |
|-------------|-------------|-------|----------------|

| | | | |
|---------------|---------------|------------|-------------|
| Poma cipressi | Sanguis vacce | Gemmę papa | Litargirium |
|---------------|---------------|------------|-------------|

| | | | |
|--------------|----------------|------|---------|
| Terasigilla. | Stercus asini, | Faba | Spodium |
|--------------|----------------|------|---------|

Libellus

15

| | | | |
|----------------|------------------|---------------|-----------------|
| Succus salicis | Argilla | Berberis | Fraxinum |
| Plantago | Antimonium | Ematites | Cùbebe |
| Carabe | Cortex nucis | Sumach | Gariofil |
| Tragantum | Pili lepo. vsti | Myrtus | Foli |
| Gum. arab. | Atramentū vstū | Accacia | Iacynthus |
| Cimis atama. | Cinisfa. ex pan. | Galla | Ferrugo |
| Mymia | lineo sangu. ex | Tusalmestica. | Sangis draco. |
| Balaustiq | vena restringit | Mala punica | Consolida minor |
| Ypoquistidos | Caules ni. cot. | Citonia | Sorba |
| Virga pasto. | Lac asinę | Moracelsi | Miralli |
| Alumen | Caseus | Amigdala | Simpa, thutia |

Ex oibushis, vel qbus vis affige in coelo nostro. &c. & miraculose san-
guinē vel ventrē iuxta suū modū restringunt, cum tibi fuerit necesse.

¶ Canon. xxviij. q docet quē sunt res induratiuē, vt scias illas applicare
coelo nostro, vt reddat tibi induratiuē supra modū vt applies corpori
nō ad indurād̄ ē cū tibi fuerit necessariū. Frigida nimis sunt q̄ indurāt,
ex eo q̄a materiā cōgelat & mēbra indurāt & quedā ex eis sunt sicca &
sunt illa, q̄ sequunt̄ myrrha, psiliū, portulaca, aq̄ lantis, solastrū, susgam⁹,
affige ergo has medicinas i coelo nostro & fiet induratiuē supra modū.
¶ Canon. xxix. in q̄ cōtineat sc̄ientia eorū, quē sunt res mollificatiuē. &c.
Dicamus res mollificatiuē, vt affigas eas in coelo nostro, vt reddamus
ipsum mollificatiuē, vt corpus nostrum mollificare scias cum fuerit ne-
cessē, & sunt iste quē sequuntur. s.

| | | |
|----------------|----------------|---------------------|
| Camomilla | Absynthium | Adeps anserinus |
| Eupatorium | Galbanum | Adeps yrcinus |
| Mellilotum | Oppopanax | Medullā ceruinā |
| Storax liquida | Radix alteq | Malua |
| Armoniacum | Oleum vetus | Sagimen |
| Edelium | Adeps caprinus | Vitelli, adeps pul. |

¶ Affige ergo fili quamlibet istarū rerum nostr̄ quīntessentię, & fi-
ent tibi mollificatiuē ultra modum.

¶ Canon. xxx. in quo continetur scientia illarum rerum, quē maturant
epar. Veniamus igitur ad naturam rerum, quē maturant & saniem edu-
cunt, quarum quedam sunt viscosę claudentes poros. vt virtus naturalis
intus confortetur, & materiā epatis digerat, & sunt iste quē sequunt̄. s.

| | | |
|-------------|----------------|-------------|
| Radix alteq | Sticados | Vuę passę |
| Semen lini | Fenugrecum | Ficus passę |
| Laudanum | Storax liquida | Butyrum |
| Anetum | Fermentum | |

¶ Affige quasuis istarū medicinarū in coelo nostro, & fiet tibi maturati-
uum ultra modū, vt applies illud corpori nostro, cum necesse fuerit.

d η

De secretis nature

¶ Canon. xxxi. q te docebit, quæ sunt res corrosiuæ ut illas coelo nostro applicare scias, & quæ sunt res ulceratiuæ te docer, corrosiuæ & ulceratiuæ differunt inter se, qm̄ corrosiuæ sunt illa quæ carnē corrodunt & cutē ulceratiuæ vero sunt, quæ cutem rumpunt, sed carnem non comedunt, vnde corrosiuæ sunt ista, quæ sequuntur. s.

| | | |
|---|--------------|------------------|
| Aës vstum | Viride æs. | Vitriolum |
| Arsenicū vtrunq; | Cuperosa | Antimonium |
| ¶ Sed ulceratiuæ sunt iste, quæ sequuntur & mortificatiuæ. | | |
| Thucia | Euforbiū | Cinabrium |
| Alumen | Sublimatus | Radix afodiloruī |
| Sapo | Piper nigrum | Flamula |
| Os sepiæ | Calx viua | Cantarides |
| Piretrum | Squinantum | Lac ficus |

¶ Affige ergo fili oës istas res iuxta modū suū qntę essentię nostrę, & talis tibi fiet vt applies illas corpori nostro cū necessariū fuerit.

¶ Canon. xxxii. q te docebit, quæ sunt res cōglutinatiuæ & vulnerū mūdificatiuæ & cōglutinatiuæ carnis sunt iste medicinę quæ sequuntur.

| | | | |
|----------------|---------------|------------|-----------------------|
| Gipsum | Serpentaria | Amidum | Sanguis draconis |
| Folia cipressi | Cortex thuris | Aspaltum | Tequila vsta |
| Sarcocolla | Myrrha | Balaustia | Oës cōsolidat. litar. |
| Bollus | Bdelium. | Testa ouī | |
| Aloes | Lolium. | Sinficura. | |

¶ Affige ergo istas medicinas in coelo nostro & retinebit eorum virtutem & proprietatem.

¶ Canon. xxxiii. qui te docebit, quæ sunt res aperitiuæ ut scias: illas nostro coelo applicare, cum necesse fuerit

¶ Est aut̄ sciendū, q̄ quedā sunt ista, quæ vehementer aperiſtiua sunt, quæ pr̄cipue valent ad fortē opillationē splenis vt scolopendria, quēdā vero debiliā in operatione, vt vrtica & aperiſtiua sunt ista, quæ sequuntur. s.

| | | |
|-----------------|---------------|------------------|
| Caparis | Cuscure. | Maratrum. |
| Afodilli | Acorus. | Ozimum. |
| Costum | Leuisticum. | Lupinus. |
| Genziana | Baccę lauri | Gentiania |
| Zinziber | Sticados | Pix liquida |
| Bruscas | Ptisana. | Fermentum |
| Affarum | Agaricus. | Farina ordei. |
| Aristologia ro. | Prassium. | Aloes epaticum |
| Polium. | Cíperus. | Semen atriplicis |
| Peonia | Fumus terre. | Semen melonum |
| Celidonia | Semen vrtice. | Anetum. |
| Ysopus | Abrotanum | Fel porci |
| Absynthium | Lac foemine. | Stafisagria |

Libellus.

16

| | | |
|----------------|------------------|---------------|
| Lacca | Vinum bastardum | Liquiritia |
| Porrum | Orobus | Tamariscus |
| Cubebe | Eupatorium | Stercus canis |
| Squilla | Fistici | Semen porri |
| Spuma maris | Cucumeres silue. | Raphanus |
| Yreos | Appium | Diptamus |
| Cassia fistula | Bulbus | Mel nouum |
| Alloes | Anisum | Ipericon |
| Fabę | Daucus | Xilo alloes |
| Spicanardi | Petrosillum | Xilo cassia |
| Camedreos | Azente | Cinamomum |
| Camepitheos | Calamentum | Policaria |
| Scariola | | Sambucus |

¶ Affige ergo fili quasuis istarū medicinarū in coelo nostro & fiet tibi
aperitiū supra modū ad quācunq; oppilationē corporis nostri.
¶ Canō. 34. in quo continetur scientia mundificatiūnū medicinarū ut in
vulnerib; mundificant, & venire faciant spiritum: & sensum ad mem-
brum, & sunt ista quæ sequuntur. s.

| | | |
|-------------------|---------------|-------------------|
| Aristologia longa | Aloes: | Myrrha |
| Cerusa | Litargirium | Semen tamarisci |
| Asphaltum | Filenum vstum | Plumbum |
| Orobus | Thus | Pili leporis vsti |
| Yreos | Mel | |

¶ Canon. 35. in quo continetur scientia rerū, quæ attenuant, ut scias il-
las nostro coelo applicare, cum fuerit opus.

¶ Sunt enim ista quæ vere attenuant & dissoluunt calore suo, separante
enim partes rei, in qua agunt suo proprio calore, & sunt iste s.

| | | | |
|------------|-----------------|------------------|--------------|
| Abrotanum. | Cinamomum. | Gentiana | Sambucus |
| Ameos | Eupatorium | Yreos | Castoreum |
| Agaricus | Pinguedo leonis | Policaria | Pix naualis |
| Balsamus | Aristologia | Ruthia | Xilobalsamus |
| Camomilla | Affa fetida | Serapinum | Polium |
| Bulbus | Alleum | Sticados | Poenia |
| Cuscute | Affodilus | Sanguis mustellæ | Tapsia |
| Armoniacum | Camepitheos | Ciperus | Terbentina |
| Alumen | Calamentum | Mentastrum | Oppopanax |
| Capparis | Frassinus | Semen vrtice | |
| Camedreos | Estana citri | Petroleum | |

¶ Canon. 36. in quo continet scientia rerū quæ incidūt, ut illas nostro
coelo applicare possis, ut reddat tibi incisiūt, cum opus fuerit.

Mediocriter incident & dividunt omnia acetosa in cōmuni, sed sunt
alię medicinę, quæ specificē agunt, & sunt iste quæ sequuntur.

De secretis nature

| | | | |
|---|--------------------------|-------------------|---------------|
| Ciperus | Camepitheos | Camedreos | Acetum |
| Petroleum | Eupatorium | Vitrum | Squilla |
| ¶ Affige ergo istas medicinas in cœlo nostro, & fiet vltimate incisius ad incidenti humores grossos de corpore nostro. | | | |
| ¶ Canon trigesimus septimus, in quo continet scientia rerū diaforeticarū, vt scias illas cœlo nostro applicare, vt fiat in summo diaforeticū. | | | |
| ¶ Diaforetica sunt proprie calida, & per poros humores in summo extenuant & evaporant, & sunt ista quæ sequuntur, videlicet. | | | |
| Piretrum | Galbanum | Radix cucume. | Raphanus |
| Salinum | Vetus oleum | agrestis | Pix |
| Majorana | Radix affodil. | Baucia | Semen vrtice |
| Agaricus | Rutha domestica | Adianthos | |
| Aristologia | Ficus | Alfa fetida | |
| ¶ Affige istas medicinas in cœlo nostro & fiet tibi diaforeticum, vt applies illud corpori nostro. | | | |
| ¶ Canon trigesimus octauus, qui docet, quæ sunt res repercuissiuæ, vt illes applicare scias cœlo nostro, vt fiat repercuissiu ad phisbedi malos humores, & reperciendum a membris humidis. | | | |
| ¶ Repercussiuæ sunt illa, quæ humores a patienti membro vel parte reperciunt. i. prohibent ne currant, & sunt ista quæ sequuntur. | | | |
| Acetum | Solatrum | Paritaria | Plantago |
| Chimolea | Oleum rosaceum | Cicuta | Acacia |
| Barbassus | Iusquiamus | Menute | Ipoquistidos |
| Bolus armenus | Papauer | Vua millana | |
| Glandes | Semperuua | Quintus peruvia | |
| ¶ Affige ergo sili qualitatæ istarū medicinarū quintæ essentiæ nostre, & fiet tibi repercuissiu ultra virtutes medicinarum. | | | |
| ¶ Canon trigesimus nonus, in quo continet scientia rerū, que obdormire faciunt, vt caris illis applicando cœlo nostro, cu necesse fuerit faciunt obdormire, quæ sunt nimi frigiditatis, qd frigiditate constringunt neruos & humiditatem sua mulcet spiritus & cerebrum, & sunt iste quæ sequuntur. | | | |
| Semen iusquami | Lenticula aquatica | Salamandra | |
| Semen papa. nigri | Portulaca | Biscocta cum aqua | |
| Semen papa. albi | Oppium | Frigida | |
| Mandragora | Piscis q dicitur turbido | Psilium | |
| ¶ Hasqpe res affige in cœlo nostro, & facient obdormire mirabiliter quodlibet animal comedens vel bibens illud. | | | |
| ¶ Canon quadragesimus, in quo continet scientia mordificantiū, in effectu mordificantiæ sunt illa, quæ habent acumen, & sunt ista. s. | | | |
| Folia oliuæ | Flos æris | Alumen | Radix cucume. |
| Arsenici rub. | Porrum | Atramentum | Agrestis |
| Succus elleb. albi | Azarnech | Arsenicum albū | Æs vistum |
| Cupperosa | Suc.ellebo. nigri | Cantarides | |

Libellus.

17

¶ Affige ergo istas medicinas in coelo nostro, & fiet tibi mordificatum ut applices corpori nostro cum fuerit necessarium.

¶ Canon. 41. qui doceat, quæ sunt res confortantes corpus nostrum.

¶ Confortantes medicinæ sunt istæ, quæ hic ponimus, ut reddat confortatiuum cœlum nostrū ad confortandum cerebrum, cor, intestina, & alia membra corporis nostri cum opus fuerit.

| | | | |
|----------------|-------------|----------------|--------------|
| Sticados | Cinamomum | Argentum | Spodium |
| Oes mirobalani | Sandali | Camphora | Nux muscata |
| Aurum | Cardamomum | Berberis | Ozimum |
| Ambra | Spica nardi | Ciperus | Cubebæ |
| Sumach | Corallus | Calam⁹ aromat. | Sponsa solis |
| Folium | Borago | Macis | Aqua rosa |
| Xilobalsamus | Scariola | Storax liquida | Perle |
| Galanga | Caulis | Aqua ardens | Cuscute |
| Poma citri | Muscus | Xilocassia | Menta |
| Gariofili | Balsamus | Zedoaria | Muscus |
| Crocus | Vnicornium | Carui | |

¶ Affige ergo fili quintæ essentiæ nostræ his medicinis, & habebunt vim confortatiuam ad omne membrum.

¶ Canon quadragesimus secundus, qui döcet quæ sunt res veneno repugnantes, ut affigas illas in coelo nostro, ut habeat vim repugnandi veneno plusquam magnatyrriaca, & sunt ista videlicet.

| | | |
|-----------|----------------|--------------|
| Vitriolum | Dictamus albus | Alléum |
| Gentiana | Cornu cerui | Scopia regia |

¶ Affige ergo fili istas medicinas quintæ essentiæ nostræ, & habebit vim repugnandi veneno millesies plus q̄ tyriaca.

¶ Diximus de virtutibus medicinarū & quō potest haberi earū quinta essentia ad habendū earū virtutē plus q̄ si p̄ se ponerent. Congruū est ut dīcamus quomodo haberi potest quinta essentia de mineralibus postquā de vegetabilibus tracta uimus.

¶ Canon. 43, qui te docebit doctrinam predictam.

¶ Sicut diximus supra, quō extrahere potes quintā essentiā a vegetabilibus & lapidibus, sic potes extrahere a mineralibus sedm ordinē gñalem. Sed q̄ intellectus plus de re specifica intelligere potest, si de ipsa specia lis fiat sciētia q̄ si fiat generalis, igit de metallorū quinta essentia specifica tractabimus. Unde fili tu in virtute eloyū accipe aquā mercurij q̄ facta sit p̄ modū, quē in nostro testamēto diximus in libro, q̄ mercuriorū initulaq̄ in capitulo q̄ incipit. Tu fili de lunario liqüore. &c. Et i ista aq̄ fili dissolues. z. s. lūc purissimę, poss distillationē filtratā separā aq̄ a fēcis bus, i q̄ vadit limositas aquę. Hęc aq̄ fili est resolutua oīm alicorū corporū & sui argenti viui, cui⁹ virtute fili margarite reformari i natura pristina i mō, q̄ dixius i nro testamēto et i cōpēdio sup̄ testamēti et codicilliū

De secretis nature

missum regi Roberto. Secunda vero aq̄ sit sic. s. q̄ capias plumbi mediā vnciā & de p̄dictā aq̄ q̄ sufficit, post q̄ videris plumbū dissolutū separa aquā p̄ distillationē filtratā, & fæces extra mitte, q̄a nihil valeret post hoc & o distilla aquā p̄ balneū, & serua fæces ad cēpus oportunū. Tertia vero aq̄ sic sit, capias de cupro vnciā vñā, & illud dissolute in tanta q̄ntitate aquę prime q̄nta volueris, & tibi visum fuerit, & dimittre illā q̄escere in ampulla sua i frigido loco post vñā diē naturalē, post hoc vero separa aquā viridē p̄ filtrū līnguā, & primas q̄tē fæces extra mitte, deinde distilla aquā p̄ alembichū & distillata serua fæces scđas. Quarta vero aqua sic sit accip̄e. ȝ. i. stagni purissimi de cornualha, q̄ p̄ est purius om̄i alio, & illud dissolute in aliq̄ q̄ntitate p̄t̄c aquę & distilla, post hoc aquā illāc limositate sua & fæces, que remanserint extra mitte post hoc distilla aquā p̄ alembichū & serua fæces scđas. Aqua vero q̄nta sic sit, accip̄e. ȝ. i. ferrī purissimi & dissolute ipsum in tanta q̄ntitate, q̄ sibi sufficiat de aq̄ prima, post hoc distilla p̄ filtrū, & mitte fæces extra, & distilla aquā per alembichū, & serua fæces scđas. Sexta vero aq̄ sic sit, accip̄e. ȝ. i. aurī purissimi & dissolute ipsum p̄ modū quē tibi diximus in nostro testamēto. s. cū lunaria pura cū tanto pondere aquę q̄ntę essentie, & fac sicut fecisti de alijs. Item filii tu oia ista metallū dissoluere potes isto ordine, facta aq̄ prima i illa dissolute metallū, qd̄ modo scđario cibi dissoluere p̄cipimus, deinde fac de isto sicut prius tibi diximus, & in aq̄ scđa dissolvas metallū tertiu, & in aq̄ scđa tertij metalli dissolvas metallū quartū, & in aq̄ q̄rti metalli dissolvas q̄ntu metallū, & in aq̄ q̄nta metalli dissolvas metallū sextum. De qua vis istarū aquarū accipe scđm q̄ tibi visum fuerit ad dissolvi metallū. Fili h̄e limositates metallorū dicunt q̄ntę essentie seu mercurius ille mineralis, quē philosophi cōsiderauerūt in opere alchimicho & lapidifico, & in opere medicinali. Sed filii in opere alchimico, iste quinque essentie cōsiderant subtilius, ga in subtiliori materia, ppter q̄ sit per divisionē elementorū, vt in tertio libro huius voluminis dicemus. In lapidis vero q̄ntę essentie non sunt ita in tanta subtili materia p̄ magisteriū p̄pinq̄a. In medicina vero quelibet pars respectū habet. Dicto de q̄nta essentia mineraliū, q̄libet potest p̄ subtile magisteriū haberet manib⁹ nostris, nunc cōgruū est vt dicamus de diuisiōne illarū i ḡnali.

¶ Canon. 44. qui docet illam doctrinam.

¶ Ad inclinationē magisteriū hui⁹ filii mi facias sic, q̄n vero metallū tua fuerit resoluta, tu q̄ppe diuides aquā q̄libet ad partē, & diuidas q̄libet aquā in ptes duas, & vñā partē vniuersitas p̄t̄pones cū p̄prijs fēcib⁹ in alembicho vitreo, & distillabis in limo deserti. Gest aer factus ex duob⁹ corpib⁹ in furno, quē tibi prius designauim⁹ cū igne suavi & resplēdet cū modica virtute minerali, & cū magna limositate appropriata ad virtutes coelicas recipiēdas, & i q̄cūq̄ illarū aquarū mittes i ampulla vñera cū collo longo & cū collo rotundo, & post hoc clade ei⁹ orificiū cū

Libellus

